This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
MDCCCCX
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

ANDOVER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
MDCCCCX
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS



CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

PARS I.

DEXIPPI, EUNAPII, PETRI PATRICII, PRISCI, MALCHI, MENANDRI, OLYMPIODORI, CANDIDI, NONNOSI ET THEOPHANIS HISTORIARUM RELIQUIAE, PROCOPII ET PRISCIANI PANEGYRICI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXIX.

DEXIPPI, EUNAPII, PETRI PATRICII, PRISCI, MALCHI, MENANDRI

HISTORIARUM

QUAE SUPERSUNT

E RECENSIONE

IMM. BEKKERI ET B. G. NIEBUHRII C. F.

CUM VERSIONE LATINA PER IO. CLASSENUM EMENDATA.

ACCEDUNT

ECLOGAE PHOTII

EX OLYMPIODORO, CANDIDO, NONNOSO ET THEOPHANE,

ET PROCOPII SOPHISTAE PANEGYRICUS,

GRAECE ET LATINE,

PRISCIANI PANEGYRICUS,

ANNOTATIONES HENR. VALESII, LABBEI ET VILLOISONIS,

ET INDICES CLASSENI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXIX.

142.8
CORPUS
DEXIPPI

IULIO CAROLO HARIO

ET

CONNOPO THIRLWALLO

CANTABRIGIENSIS SS. TRINITATIS COLLEGII
SODALIBUS

QUORUM OPE HISTORIA MEA ROMANA A BRITANNIS PRORSUS
ITA UT EAM ANIMO CONCEPI PATRIOQUE SERMONE CONSCRIPSI
LEGITUR,

ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΑ

B. G. NIEBUHRIUS.

Parisinam historicorum Byzantinorum editionem non eo animo ab initio institutam esse ut integrum scriptorum corpus complecteretur, inspectis voluminibus quae ante editum a Philippo Labbeo protrepticon prodierant, facile apparet. Labbeus autem, tam historiae cognitione quam ingenio iudicioque sanitate egregie instructus, simulac sese operi exsequendo dederat, corporis, quod deinceps paulatim crevit, imaginem sibi informavit, eiusque perficiendi animosam spem concepit; qua ductus indicem futuri syntagmatis proposuit; singulis, quae tunc cognita erant, scriptis in eo locum numerumque assignavit.

Primum in hoc indice volumen, servata serie rerum gestarum, ita componebat, ut eius fundum faceret eclogas de legationibus a Davide Hoeschelio editas; quippe quae, uno excepto Menandro, ad tempora Iustiniano imperante, Procopioque scriptore, antiquiora spectarent: Menandrum autem ab eo propter easdem rationes hoc loco retentum esse arbitror, quae mihi quoque ne eum inde dimoverem suaserunt: scilicet ut nimia voluminis exilitas vitaretur. Cui potius augendo quum curam adhiberet, factum esse censeo, ut non solum eclogas, quas Photius ex Olympiodoro Candidoque et Theophane conscripsit, subiungeret; verum excerpta quoque Constantiniana de legationibus ex Theophylacto, licet eodem tempore huius historia integra in eodem typographeo prelis subiecta esset; tum vero Hesychii opusculum de originibus Byzantii; denique e Suida collecta quae ad universam historiam Byzantinam, publicam pariter atque ecclesiasticam, pertinere viderentur. Quibus compositis, sub-

iecit diversissimae indolis annotationes in eclogas de legationibus: admirandas Henrici Valesii, viri paene singularis, et stolidas Cantoclari: tum ad ea quae ex Photio descripta sunt, suas ipsius commentationes; prolixiores illas quidem quam satis esset, sed admodum utiles et bonae frugis plenas; universae autem collectioni praemisit, quod *Protrepticon* inscripsit, valde festinatum opusculum; quo, praeter conspectum operis, de quo superius mentionem feci, catalogus Imperatorum, Patriarcharumque continetur; addito indice ad litterarum ordinem disposito, quo cuncti enumerantur quorum ad hanc historiae partem spectantia scripta, aut saltem eorum memoria exstabat.

Ego vero, quum in eo res esset ut editio Bonnensis eclogas de legationibus exhiberet, quomodo in ceteris, quae Labbeus iis adiunxit, versarer non parum haesitavi. Neque enim immemor sum promissionis, qua Weberus sese obstrinxit: nihil prorsus ex his, quae in editione Parisina continentur, omissum iri: — quod quidem minime obstabat, ne Hesychii opusculum aptiori, imo proprio suo, loco reservaretur; ac ne omittendis quidem excerptis ex Theophylacto, quarum nulla omnino utilitas est, nisi ut inde variae lectiones ad crisin integri operis petantur. De reliquis in utramque partem disputari poterat. Attamen in Suida perlustrando sive Labbeus sive alius, cui hunc laborem demandavit, negligentissime versatus est; ut, si revera quae ibi ad historiam Byzantinam reposita exstant collecta dare velis, labor adhibendus esset, cui impertiendo hoc quidem tempore neque mihi otium est neque amicis, qui mea causa etiam ingratum suscipere parati sunt. Ex his autem quae apud Labbeum collecta leguntur, non pauca ad ecclesiasticam historiam pertinent: e reliquis quaecunque maioris momenti sunt aut diserte sub alicuius e Seviris, quorum reliquias cummaxime edimus, nomine afferuntur, aut ad unum ex iis iam diu, praesertim Valesii acumine, relata sunt: cetera levia fere videntur ac parvi pretii. Quae quum ita sint, illa, quorum primo loco mentionem feci, prorsus omittam, ne, dum historiam ecclesiasticam attingo, in immensum excrescat opus iam per se nimis amplum: — ea vero quae Suidam ex aliis Constantinianarum eclogarum titulis sumpsisse apparet, saepe emendatiora, adiectis non adeo paucis eiusdem generis, subiunxi reliquiis uniuscuiusque scriptoris: cetera nunc quidem non exhibeo, non tamen ut illa in perpetuum excludam, sed eo consilio

ut, si aliquando otium fuerit Suidae accurate excutiendi, tuno amplo incremento locupletata omnia simul proponam. — Cantoclari annotationes, quae versionem latinam spectant, aliquando errores corrigunt, quos Classenus sustulit; nonnunquam novis illos cumulant: quae ad graeca referuntur, plerumque cum incredibili ignorantia coniunctam stoliditatem exhibent; cuiusmodi flagitia pro mea parte propagare nefas habeo. Aliquando quidem in hoc sterquilinio res non contemnendas invenias; ubi vitia textus Hoescheliani coniiciendo sanata aut certe probabiliter tentata sunt: quae hominem absurdi ingenii excogitasse nemo sibi persuadebit: verum, caicunque auctori ista debentur, eorum rationem in scholiis criticis ita habui ut Cantoclaro pro iis honorem exhiberem. — Labbeum equidem minime sperno; sed qui eius protrepticon iamdiu oblivioni traditum iterum in hominum notitiam proferet, is gloriae viri male consulet: adeo manca, persaepe autem errorum plena, sunt quae de scriptoribus huius historiae tradit; ita ut vix illo aevo ferri potuerint, post Fabricium nemo ferat. Imperatorum chronologiam nunc vel pueri e libris ubique obviis petere poterunt, saltem non minus accuratam: de patriarchis, si cui quaerere libet, apud Bandurium, cuius syntagma in hoc corpore exhibere non negligemus, pleniora accuratioraque inveniet.

Haec omittendo emptoribus eo magis consulendum erat quod editio nostra amplis accessionibus aucta est. Etenim ad Dexippum, Eunapium et Menandrum excerpta de sententiis addebam, quae e palimpsesto Vaticano edidit ill. Maius: tum fragmenta, e Suida fere, aut iam collecta aut saltem indicata: deinde, ut Fabricius fieri iussit, eclogas e Nonnoso; porro panegyricos Anastasii a Procopio et Prisciano dictos; denique indicem, ex instituto quod in Agathia edendo secutus sum, duplicem.

Iam vero quam praeclara sint quae in horum Sevirorum reliquiis ad historiae cognitionem pertinent, norunt lectores Gibboni: neque vero quisquam sani iudicii vir adeo unice Atticis delectabitur ut, verbi gratia, Prisci narrationem de legatione ad Attilam fastidiat. Itaque scriptorum honoris causa, simul autem ornandi operis, cui nomen meum praescripsi, quaerebam, si cui illustri in re critica artifici persuadere possem, ut huius primae partis recensendae susciperet officium. Tunc subito menti occurrebat Bekkerus, non minus

propter amicitiam qua tenemur, quam propter unicam vim atque celeritatem, quam in recensendis Graecorum libris cum eruditionis ingeniique lumine coniunctam exhibet. Ac certe ei laudi qua Politianus loctum pictorem ornat: „plus neminem potuisse pingere, nec melius" parem omnino in nostro litterarum genere Bekkero tribuendam esse, nemo, credo, ambiget. Rogavi eum igitur, sed timide; quippe non nescius eum hactenus nonnisi collatis codicibus innixum libros recensendos suscepisse; at in his legationum excerptis codicum subsidium aderat nullum: nam Monacensem ab Hoeschelio accuratissime exscriptum esse constat, Vaticani autem variae lectiones ab ill. Maio prolatae paene absolutum cum illo consensum probant: neque ullus praeter hos, sublato ex hominum notitia Schottano, superesse videtur. Sed, quod quidem speraveram, deflexit Bekkerus mea causa de more suo; acceptisque Hoeschelianae Maianaeque editionum exemplis, quorum margini coniecturas mihi natas, Valesiique emendationes adscripseram, ipse universis hisce reliquiis emendandis se dedit. Et quod ad illas quidem attinet, Parisiensis editionis exemplar, Maianaeque eclogarum de sententiis, plurimis locis correcta, remisit; verum ita ut arbitrio meo relinqueret si quid addere aut mutare vellem. Quo equidem ita usus sum, ut plurimas praesertim Bekkeri emendationes quae certissimae viderentur in ordinem sermonis inferrem: adderem etiam subinde quae iterato examine in mentem mihi venirent: ex his autem quae a me proposita Bekkero, cuius auctoritati in sermonis cognitione omnia, mihi nihil fere tribuo, displicuisse videbam, nihil reduxi, praeter perquam pauca quae ex historia diiudicanda essent. Usque adeo autem Bekkero obsequi mearum partium esse duxi, ut, etiamsi subinde suspicabar scriptorum potius vitia, quorum sermo saeculi sui labe contactus esset, quam scribarum sphalmata tolli, impudens tamen mihi visus essem, si contra quam ille statuisset, deciderem. Ad hoc genus illud pertinet, ut exempla proferam, quod saepe pro aoristo primo futurum reponit, aut, ubi apud Priscum, Malchum, Menandrum, articulus desideratur, quem certe non minus rationis quam sanae consuetudinis leges flagitant, eum inserit, vel casus obliquos pronominum ὅδε et οὗτος cum iisdem qui a τοιόσδε et τοιοῦτος formantur, mutat. Chronographiam, quam editio nostra in margine exhibet, ad excerpta de legationibus non levi labore stabiliveram.

His peractis typothetae opus tradi poterat, nisi exosum versionis latinae onus incumberet. Quod quum depellere non liceret, Cantoclaranam, qua peiorem nullam in universo hoc litterarum genere inveniri in vulgus notum est, sine operis dedecore intactam servari non posse apparebat: verum qui se ingrato corrigendi labori daret, inveniebam neminem; nisi Classeno, quamquam continuis occupationibus implicito, pietas, qua me parentis loco colit, persuasisset. In quo negotio quantum taedii exhauriendum fuerit, nemo nisi expertus animo concipiet: illud autem molestissimum erat, quod sublatis innumeris vitiis tamen id solum perfici poterat ut a foedissimis sordibus liberaretur oratio: id minime, ut pulcra fieret, grataque legentibus. Idem Classenus meus complures praeclare excogitatas emendationes suppeditavit; singulorum scriptorum reliquiis argumenta addidit, chronographiam excerptis de sententiis ex Eunapio et Menandro: indicesque, in quos utilissimum laborem insumpsit, confecit; ut leviora alia omittam, quae in hoc volumen contulit. Quae consideranti apparebit longe operosissimum eius in eo ornando fuisse laborem.

Superest ut de panegyricis Anastasio dictis, quos postremo loco adieci, quae huc pertinent doceam. Oratione Procopii Gazaei reliquis monumentis quae hic collecta exstant adiungenda, eruditorum gratiam me meruisse certe scio, qui eam semel tantum in Villoisonis anecdotorum collectione editam esse norunt: quotus enim quisque in Germania illam possidet? Mea opera in illius repetitione non longius processit quam ut subinde codicis lectionem a viro egregio Villoisone immutatam revocarem: versione latina, argumentoque eam instruxit a me rogatus Franc. Ritterus, Phil. D. qui nuperrime operam suam ad explicandas in hac litterarum universitate disciplinas philologicas profiteri statuit. Editoris annotationes quae ad explicandas res Anastasii tantum conferunt, ut vel ad latinum Panegyricum interpretandum quodammodo sufficere possint, fere integras repetii: quo consilio honos habetur manibus Villoisonis: neque ei aliunde ulla obstabat ratio, extinctis dudum et scriptore et bibliopolarum, quorum sumptibus Anecdota edita sunt, negotio. Contra autem minime licere visum est in meae editionis ornamentum convertere, quae ill. Maius ad eclogas, aut Endlicher, v. cl. ad panegyricum Prisciani, quem, diu a philologis expetitum quibus eum in

bibliotheca Caesarea Vindobonensi superesse innotuisset, anno praeterito edidit, ita annotavit ut nihil quod addi possit aliis relinqueret. Ipsum grammatici carmen Bobiensibus membranis erudite et diligenter scriptum, ab editore adeo accurate expressum est, ut vix ullus emendationibus in eo locus sit.

Parisiensis editio circa operarum errores eadem flagitiosa negligentia curata est qua reliquae post Cantacuzenum, antequam Cangius operis curam in se susciperet; inutili et fallaci typorum splendore ornatae. Sphalmata huius generis ope Hoeschelianae sustulimus plurima; restituto, ut de minoribus taceam, versu integro qui exciderat; sed de his singulatim monere Bekkerus vetuit. Ubicunque igitur eiusmodi mentio invenietur, id propter peculiarem quandam rationem factum est, quae tamen fortasse non semper apparebit. Sed quamlibet multis correctis, editione iam fere absoluta, vidi quaedam non fuisse animadversa: quamobrem, iterata collatione universi eclogarum de legationibus operis, ista inter addenda et corrigenda proposui.

Quae Suidas servavit non attigit Bekkerus; in his quoque nonnulla correxi. Photium dedi, ut a Bekkero editus est; nisi quod in rebus quae ex historia pendent, varias Labbei, semel autem vel bis meas ipsius emendationes receperim: plures fortasse locos tentaturus, nisi mihi constaret Photium in scribendis nominibus saepe errasse; a quibus corrigendis editori abstinendum est. Versiones, Porti non saepe, Schotti nunquam correxi.

Ex his cognita editorum opera, vix opus est explicare, quaecunque in scholiis criticis litteris *B.* et *N.* distinguuntur, emendationes esse quae Bekkerum, meque habeant auctores: Classenum quibus duae litterae *Cl.* additae sunt. Vulgatam (*vulg.*) eam dixi lectionem quae ab Hoescheliana editione per Parisinam atque Venetam propagata est. Quoties nihil praeter illud *vulg.* ad reiectam lectionem adscribitur, hoc significamus: emendationem, sive Bekkerus eam a me invenisset propositam, sive eam concipere, ut saepe fit, oblitus essem, ita manifestam videri ut ab unoquoque non admodum incurioso aut indocto inveniri deberet. Signa † et *, antiquo more reducto, apposui quo indicarem locum corruptum, cui medendo probabilem coniecturam viderem nullam, non typothetae vitio laborare, sed plane ita ab Hoeschelio editum esse. Ac sunt certe plura quam vellem

loca etiam in his eclogis, quae editoris licentia mutandi alienus ut sunt mendosa relinquere cogitur: illud tamen vere praedicare possum hac editione perfectum esse ut utilissimae, magnaque ex parte egregiorum scriptorum reliquiae, quae antehac in singulis paginis innumera vitiorum multitudine legentes impediebant, iam longe maxima ex parte faciles evaserint atque apertae ad intelligendum. Quum igitur, quae hactenus neglecta iacebant, sine dubio multo pluribus quam antea innotescent, oblata est occasio, praeclaris ingeniis haud indigna, ubi vis divinandi se exerceat et bene coepta longius producat. Ex emendationibus quas recepimus, multae Hoeschelium habent auctorem, in margine editionis eius propositae: quas, sive nobis probarentur sive minus, designavi sigla *H.* Idem Hoeschelius ubi geminum codicem adhibebat, et Schotti et Bavaricum, quoties hi inter se variarent, diversitatem itidem in margine indicavit, praefixa sigla *al.* Has varietates *mg. H.* designavi: pro quo *var. H.* scribere certe praestitisset; verum in re tam levi reprehensionem vix metuo. Gravius est quod aliquando ubi plagulas inspicere domesticis curis impeditus fueram *mg. H.* ponitur, quum tamen coniectura designanda esset: hoc in addendis correxi.

Scrib. Bonnae postr. Non. Oct. MDCCCXXIX.

DE HISTORICIS

QUORUM RELIQUIAE HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

PUBLIUS HERENNIUS DEXIPPUS [1], Ptolemaei f. [2], Atheniensis, Pago Hermensis,, e Cerycum gente [3], summos in civitate honores adeptus est, rex creatus atque archon eponymus; splendideque agonothetae munere Panathenaeis functus; clarus orator atque historiarum scriptor; propter quas fortunae simul atque industriae dotes statuae honore ornatus est, cuius basis cum titulo exstat. Sed longe praeclariorem saeculorumque memoria dignum honorem sibi comparavit quo tempore, effusis in Graeciam per Propontidis claustra Herulis, captisque Athenis, cives secum in saltus invios ex urbis clade profugos confirmavit; bellique ab iis dux constitutus, advectae in Atticae oram romanae classi, cui Cleodamus praerat, coniunctus, ultionem de barbaris aliquam sumsit, tribus millibus ex ipsorum numero per occasionem interfectis [4]. Quo facto vir eximius post quingentos annos Athenienses armis desuetos ad rem gloriamque militarem revocavit: Mithridatico enim bello non sua neque sponte arma moverat infelix civitas. Quum igitur de hac Dexippi gloria titulus statuae sileat, creditum est prius positam esse quam illam adipisceretur: cui opinioni facile accederem, si historia aevi, „quam partim ex libris, partim e vita hauserit," ut epigramma praedicat, diversa esse posset ab illa omnis aevi, cuius notitiam ex Eunapio et Photio habemus. Ea in primo Claudii Gothici

1) Nomen integrum exhibet inscr. 380. corp. inscr. graec. 2) Sic inscriptio: nam Suidas s. v. Δέξιππος, Dexippum patrem illi tribuit. 3) vid. Boeckh. ad Inscr. 4) Hanc rei gestae seriem, paululum ab illa diversam, quam Gibbonus, nunquam sine honoris praefatione nominandus, excogitavit, nunc demum, editis ab ill. Maio excerptis de sententiis (p. 26 — 28. ed. Bonn.) constituere licet.

Aug anno desinebat; Athenarum autem cladem Syncellus, qui hoc Dexippi opus legebat, sub Gallieno contigisse refert: neque si eam cum continuatore Dionis [5]), quem Zonaras sequitur, biennio serius accidisse statuamus, ut illo ipso Claudii anno primo, 269, acciderit, difficultas expediretur. Ita aut fingendum erit priorem exstitisse editionem, de qua nemo quicquam tradidit, aut concedendum, laevam hominum in honoribus aestimandis mentem eum, quo ad maiorum gloriam elatus est, propterea neglexisse, quia, tumultuarie a congregata multitudine collatus, nullum in fastis urbanis locum haberet: librorum famam extulisse, res fortiter gestas silentio transmisisse: — rem, propter eius aevi pravitatem, plane non incredibilem.

Vitam usque ad Probi principatum perduxit, quum iam sub Valeriano claruisset [6]).

Dexippi opera, quae ad historiam pertinebant, tria legit Photius [7]): de quibus singulis agendum est.

I. *Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον*, libris quatuor comprehensa; ex quibus notissimam satrapiarum divisionem recitat Photius; scriptoremque in universum cum Arriano consentire docet. Ad hanc Macedonicam historiam referenda esse quae ill. Maius inventa in codicis palimpsesti paginis 81. 82. 100. 101. edidit, uno verbo monuisse ad probandum sufficit: siquidem oratio Hyperidis, sive adsumpta sive ficta, belli Lamiaci tempus spectat. Dicet fortasse aliquis, a Romana, non dicam Byzantina historia, aliena non debuisse collectioni nostrae inseri: quod quidem factum primum mole exigua horum fragmentorum defendam, quae perparvum sibi locum postulant; quum tamen vel ideo quod Hyperidis nomen prae se ferunt philologorum notitiam merentur; denique, si aliter facerem reprehensionem non effugissem; quum in editione Romana ceteris quae e Dexippo supersunt adhaerent. Quo enim modo iis, qui eam non vidissent, constare posset me non temere iudicasse?

II. *Χρονικὴν ἱστορίαν*, sive annales [8]), quam Photius *σύντομον ἱστορικὸν* vocat, per Olympiadas, archontumque et consulum fastos ab historiae initiis, omissis tamen fabu-

5) In eclogis quas ill. Maius edidit: coll. Vat. II. p. 240. 6) Eunapius vita Porphyrii in f. 7) Cod. 82. 8) Eunapius p. 58. l. 5. Idem, vita Porph. l. l.

losis primordiis, usque ad Claudii Gothici annum primum deducti, praecipua circa temporum rationem cura adhibita. Horum duodecimus liber a Stephano ethnicographo citatur [9]; ubi Herulorum mentio certissime comprobat locum de quo agitur non multum ab operis fine afuisse: constat igitur scriptorem his duodecim „chartis omne aevum explicuisse." Ex hisce annalibus Syncellum quaecunque e Dexippo habet petiisse arbitror: at Constantiniana excerpta illis prorsus aliena sunt; neque enim prolixas orationes capere potuisset breviloquens annalium ratio, qui fere singulis libris saeculum comprehendebant; unde Trebellius Pollio [10] Dexippum *omnia breviter persequutum esse*, scripsit.

III. Has igitur eclogas de legationibus ad Σκυθικὰ pertinere iam Vossius perspexit [11]: eademque earum ratio est quas ex titulo de sententiis edidit ill. Maius. Σκυθικὰ, *de bello Scythico* vertere debebam; quoniam illud intelligitur, quod, coeptum sub Decio, usque ad Aureliani pacem duravit. Atque hic quidem leviter circa verba lapsus sum; in eo vereor ne gravius erraverim, quod quae a p. 22. l. 20. ad p. 26. l. 4. habentur, Dexippo ipsi tribuerem, quasi orationem ad cives suos habitam, qui temerario consilio muris egredi et cum hostibus confligere cuperent. Non attenderam ill. Maii opinionem [12], epistolam esse: cui ut aliquid de meo adiiciam, dicam, a magistratu Romano missam videri: imo ab ipso fortasse Imperatore: eum se cum copiis mox affuturum nunciare (p. 25. l. 17. seqq.): lectamque esse in concione (p. 22. l. 18.) De his, si forte aliquando codicis pagina 324. plenius e litura erui potuerit, liquido constabit: ac tunc fortasse expedietur de quo tandem oppido quibusque civibus sermo sit. Nunc in id sententia inclinat ut haec ad primum Gothorum adventum sub Decio pertinere credam, cuius nomen in oblitterata illa pagina conspicitur; id quod eo confirmari videtur quod de rebus ad Nicopolim Moesiae gestis mentio iniicitur (p. 25. l. 22. cf. Syncellum p. 705. l. 12.). Quod si ita sit, Philippopolitani fuerint oppidani a barbaris circumsessi. Non tamen silendum est etiam sub Claudio Aug. ad Nicopolim prospere adversus bar-

9) s. v. Ἕλουροι. 10) Gordian. 2. 11) De histor. Graec. p. 242. 12) Praef. ad coll. Vatic. II. p. XXVIII.

baros pugnatum esse [13]); quo tempore, quantum in tanta narrationum perturbatione colligi potest, Thessalonica eorum impetum fortiter sustinuit.

Orationem Dexippi, scribendique genus, ingenti laude effert Photius, eo usque ut *Thucydidem perspicue loquentem* dicat; quae mira est viri prudentis a vero aberratio. Nemo enim in eo quicquam praeter inanem degeneris aevi rhetorem agnoscet, ut mirum sit qui tam puerilia sectetur, inter res arduas positum, magna gessisse.

Quae de Dexippo exstant testimonia sequentia fere sunt:

Inscriptio *in corpore Boeckhii* n. 380.

Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν ΨΝ καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχήν, καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν, καὶ πανηγυριαρχήσαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων, οἰκοθεν ἱερέα παναγῆ, Πόπλιον Ἑρέννιον Δέξιππον Πτολεμαίου Ἕρμειον, τὸν ῥήτορα καὶ συγγραφέα, ἀρετῆς ἕνεκα οἱ παῖδες.

Ἀλκῇ καὶ μύθοισι καὶ ἐν βουλαῖσι κρατίστους
Ἄνδρας ἀγακλειτοὺς γείνατο Κεκροπίη·
Ὧν ἕνα καὶ Δέξιππον, ὃς ἱστορίην ἐσαθρήσας
Αἰῶνος δολιχὴν ἀτρεκέως ἔφρασεν.
Καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἐπεῖδε, τὰ δ' ἐκ βίβλων ἀναλέξας
Εὕρατο παντοίην ἱστορίης ἀτραπόν.
Ἦ μέγα κλεινὸς ἀνὴρ, ὃς νοῦ ἄπο μυρίον ὄμμα
Ἐκτείνας, χρονίους πρῆξιας ἐξέμαθεν.
Φήμη μὲν περίβωτος ἀν' Ἑλλάδα, τὴν ὁ νεανθὴς
Λίνος Δεξίππῳ δῶκεν ἐφ' ἱστορίῃ.
Τοὔνεκα δὴ καὶ παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα
Μορφήεντα λίθον θῆκαν ἀμειβόμενοι.

Photius cod. 82.: *Ἀνεγνώσθη Δεξίππου τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις τέσσαρσιν. ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτερον σύντομον ἱστορικόν, μέχρι τῆς Κλαυδίου ἐπιτρέχον τὰς κεφαλαιώδεις πράξεις βασιλείας. ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ Σκυθικά, ἐν οἷς αἱ Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Σκυθῶν ἀναγράφονται πρὸς ἀλλήλους μάχαι τε καὶ ἀξιόλογοι πράξεις. ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε καὶ ὄγκῳ καὶ ἀξιώματι χαίρων,*

13) Trebell. Pollio, Claud. 12.

καὶ (ὡς ἄν τις εἴποι) ἄλλος μετά τινος σαφηνείας Θουκυδίδης, μάλιστά γε ἐν ταῖς Σκυθικαῖς ἱστορίαις.

Eunapius quae de Chronicis Dexippi docet, quaere infra p. 56. seqq.

Idem, in vita Porphyrii sub finem: τοὺς χρόνους (τοῦ Πορφυρίου βίου) ἐς Γαλλιηνὸν καὶ Κλαύδιον εἰκάζειν συνέβαινεν, Τάκιτόν τε καὶ Αὐρηλιανὸν καὶ Πρόβον· καθ' οὕς ἦν καὶ Δέξιππος ὁ τὴν χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἀπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως.

Evagrius hist. eccl. V. 24.: καὶ Δεξίππῳ δὲ πλεῖστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ, καὶ λήξαντι ἐς τὴν Κλαυδίου τοῦ μετὰ Γαλλιηνὸν βασιλείαν· ᾧ συναενείληπται περὶ ὧν Κάρποι καὶ ἕτερα βάρβαρα ἔθνη κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Θρᾴκην καὶ Ἰωνίαν διαπολεμοῦντες ἔπραξαν. (Scythica hic innuere videtur, non Chronicorum partem.)

Suidas s. v. Δέξιππος, Δεξίππου, ὁ Ἐρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ, καὶ Γαλλιηνοῦ, καὶ Κλαυδίου δευτέρου, καὶ Αὐρηλιανοῦ, τῶν βασιλέων Ῥωμαίων.

Trebellius Pollio, in Gallieno, 14.: Gothi Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem, vastaverunt, et ab Atheniensibus, duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt.

EUNAPIUS, Sophistarum vitis clarus, natus Sardibus a. 347, Dexippi historiam ita continuavit, ut opus suum μετὰ Δέξιππον χρονικὴν ἱστορίαν inscriberet [14]). Id XIV libros continebat, quorum primo res ab excessu Claudii Gothici ad Iulianum Imp. gestas complexus, ceteris huius, quem ipse, utpote pro veteri religione vehementissime animatus, tanquam Deum aliquem, hùmano generi commodatum, colebat, historiam, quaeque deinceps subsecuta sunt, copiose narravit [15]). Finem operis in illo tempore fecisse quo S. Iohannes Chrysostomus in exilium pulsus est, a. Chr. 404, Photius docet [16]). Cui repugnare quidem videntur eclogae, in quibus (p. 96. n. 70.) de Pulcheriae Augustae avaritia sermo est, quae mulier demum a. 414. imperium capessivit: minime tamen inde colligere

14) Teste Photio, et inscriptione eclogarum de sententiis. 15) Eunapius, infra, p. 61. 16) V. infr. in testimoniis.

licet Eunapium continenti narratione decem annorum, qui mediі sunt, historiam exposuisse: quin potius illuc degressum esse apparet, ut referendo quomodo Hierax, aemulo qui vel ipsum nequitia superaret per Augustae avaritiam traditus, pro nece Fravittae seras poenas, verumtamen poenas dederit, se solaretur. Accedit, quod deinde de Stilichone loquitur, qui diu ante Pulcheriae imperium occisus est.

Quum duplicem editionem historiae Photius vidisset, Constantinianae eclogae, ut inscriptio docet, e secunda sumptae sunt, ubi loci plurimi, in quibus scriptor rabido adversus Christianos odio effrenate indulserat, ita recisi essent, ut, Photio iudice, hiantes lacunae apparerent, et sequentia plurima laborarent obscuritate. Cuius vitii culpam Photius in Eunapium ipsum confert: coniecturane ductus an testimonio, non constat. Scriptorem mutilatum opus ita reliquisse ut in his quae manebant sensus laboraret, sane non probabile est. Ac fieri certe potest, ut non ipse scriptor, sed bibliopola, indocti amanuensis opera, libros ab iis locis qui vendentibus periculum crearent liberare animum induxerit: qualia sunt expurgata, quae vocant, exemplaria, quae in regionibus ubi decreta concilii Tridentini recepta fuerunt non raro occurrunt.

Eunapii vita, ab Hadr. Iunio conscripta, in editione cl. Boissonadi legitur. Insanum hominis in rem Christianam odium, cuius in his quae ill. Maius edidit iniquum de magno Theodosio iudicium novum exhibet specimen, deliransque superstitio in somniis religionis quam sectae cui addictus erat asseclae sibi finxerant, notissima sunt: notum etiam dictionis genus molestum et salebrosum, de quo nimis clementer iudicat Photius; quem de Eunapii historia disserentem iam audiamus (cod. 77).

Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου χρονικῆς ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον, νέας ἐκδόσεως, ἐν βιβλίοις τεσσαρεσκαίδεκα. ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐς ὃν Δεξίππῳ ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παίδων βασιλείαν, ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, ὃν Ἀρσάκιος μὲν τοῦ χρυσοῦ τῆς ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ ἀμβλώσασά τὸν βίον ἀπέλιπεν. οὗτος ὁ Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν γένος

ἐμοί (τὰς γὰρ ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα). δυσσεβὴς δὲ τὴν θρησκείαν ὧν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἐτίμα) τοὺς μὲν εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστά γε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἐξαίρει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἐγκώμιον συντεθὲν ἐξεπονήθη. ἔστι δὲ καλλιεπὴς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτῷ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἐλαφωδέστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ δέκα (l. καὶ δὴ καὶ N.) τοὺς ἱερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. καὶ τροπαῖς μὲν κέχρηται παραβόλως, ὅπερ ὃ τῆς ἱστορίας οὐκ ἐθέλει νόμος, ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει· πλὴν ἐναχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοῖ καῖ περιβάλλει τὸν λόγον. νεωτερίζει δ' οὐκ ὀλίγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχαρι, οὐδ' εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις λαβὴν ἐπιδοῦναι.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποστέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἔκδοσιν, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἐκεῖσε λύσσης ὑποφαίνουσαν. ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ἰδίως ἑκατέραν ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν. συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἐκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγενημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσαφῶς ἐκκεῖσθαι, καίτοι φροντιστής ἐστι τοῦ σαφοῦς· ἀλλ' ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπάς. ἁρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τὸν νοῦν λυμαίνεται τῶν ἀναγινωσκομένων. ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

PETRUS, cui a dignitatibus magistri et Patricii cognomina haeserunt, Thessalonicae natus, a Procopio Illyrius dicitur [17]: non quod natione ad Illyricam gentem pertineret, (nam quis illo aevo veteres Illyrios ab aliis gentibus, qui istas regiones incolebant, distinxisset?); sed quia dioecesis Macedonia sub dispositione Praefecti Praetorio per Illyricum erat. Hic causis agendis Constantinopoli occupatus, quum propter singularem eloquentiam persuasionisque vim celebraretur [18], a Iustiniano Imp. a. 534. legatus ad Amalasuntham destinatus, quia interim Theodahadus regnum arripuerat, Aulonae substitit, et anno demum sequente cum Imperatoris mandatis Ravennam pervenit: tunc vero, ignavia et timore hominis callide usus, Theodahado persuasit ut se Augusti fidei permitteret, Italiaque universa concederet [19]. Quae quum ipse Constantinopolim renuntiasset, iterum cum Athanasio Ravennam missus est, ut illis agentibus quae rex Gothus promiserat ad exitum perducerentur: verum is, Mundo interim cum exercitu in Dalmatis caeso, spretis quae convenissent, violatisque legationum sanctitate, illos in custodiam dedit [20], neque prius redeundi facultas concessa est quam a Vitige fere post tres annos, circa finem anni 538. Sed hoc incommodum Petro insigni honore repensatum est, collata dignitate magistri officiorum [21]. Postea, anno fere 550, iam ad patriciatum evectus [22], legatus in orientem missus est ad inducias cum Chosroë componendas [23], unde tamen re infecta rediit: mox, a. 552 [24], delectus est ut

17) Goth. I. 3. p. 316. ed. Par. 18) Ibid. — Menander, infra, p. 429. 19. 20. 19) Procop. Goth. I. 6. p. 322. 20) Ibid. I. 7. p. 325. 21) De magisterio officiorum legendi sunt Iohannes Lydus de magistr. II. 10. 25. 26., III. 40. et Valesius ad Amm. Marc. XXVI. 5. Ex diversissimorum negotiorum procuratione, pro nostra opinione ridicule coagmentata, conflatum, complectebatur, ut nostro sermone potius quam Pannonica latinitate utar: *das Ministerium der auswärtigen Angelegenheiten, die Aemter des Hofmarschalls, Ceremonienmeisters und Generalpostmeisters, und die Direction der Gewehrfabriken.* 22) Patricius a Constantini M. aetate eum locum in aula obtinebat ut Britannorum lingua apposite *a privy Counsellor* diceretur. Hic dignitatis gradus coniungebatur cum eo officio in quo aliquis alias constitutus erat: ac Petrum quidem nostrum usque ad mortem in magisterio permansisse constat. 23) Procopius Goth. IV. 12. p. 591. 24) De anno quo nuncii Imperatoris cum Vigilio egerunt, cl. Gieselerus a me consultus respondit se plane Mansio assentiri qui illud a. 552. contigisse statuat,

cum Vigilio Papa, qui Chalcedone detinebatur, de negotio trium capitulorum ageret. Vigilius ubi, quae tunc acta sunt, narrat, Petrum exconsulem, patricium et magistrum vocat: mox magnificum virum et referendarium: qui tunc exconsul dicebatur, erat quem Imperator consulatus codicillis ornaverat; eum postea in Byzantino imperio, rei dignitate paulatim imminuta, consulem et hypatum dixerunt. Decem deinde annis interiectis, a. 562., pacis negotium cum Persis iterum, ac feliciore quidem exitu, suscepit, ignominiosa quidem, sed pro exhaustis imperii viribus necessaria, pace in quinquaginta annos composita [25]). Ubi quum a legato Persico super Suania, quam Petrus repetebat, fallaci spe proposita, ad regem Chosroëm reiectus esset, anno proximo hunc adiit: verum frustra. Ex qua legatione Byzantium reversus, haud multo post obiit [26]), 28 fere annis post primam legationem Italicam; relicto filio Theodoro, qui iam a. 565. dignitatem patris obtinebat; mox comes largitionum factus, atque a. 576. ad Persas missus est [27]). Christianum fuisse Petrum dubio caret: quippe qui in legatione Persica ut natalem Christi Domini, Epiphaniamque celebraret, substiterit [28]), atque cum Vigilio Papa de rebus quae ad dogmata pertinent egerit.

Hic Petrus inter coaevos incredibili quadam floruit laude et gloria: cuius rei testimonia infra posui. Praeter eloquentiam, atque unicam in persuadendo vim, summam in rebus tractandis sollertiam, diligentiam indefessam, legum cognitionem accuratissimam, eruditionem omnigenam, ei tribuunt; tum vero amoenum ingenium, mitemque animum: in quo cum unico cuius verba ad nos pervenerunt obtrectatore [29]) ita consentit Petri cliens Iohannes Lydus, ut hoc certe constet, benevolum fuisse, liberumque ab omni arrogantia. Etiam

corrigendumque in subscriptione epistolae encyclicae censeat: P. C. Basilii XI.

25) Menander, p. 346. sqq. ed. B. 26) Ibid. p. 373. 17. 27) Vide Valesium ad p. 319, 8. ed. B. 28) Ibid. p. 364. 21. seq., qui locus, ab ill. Maio animadversus, Fabricii diligentiam fugerat. Sed nomen Petri ad rem probandam parum efficeret: Iohannes enim Lydus vix nomine tenus Christianus fuit; neque eo magis Iohannes Stobaeus: Iacobum medicum, natione Achivum, paganum religione fuisse, discrte narrat Marcellinus in Chron. sub a. 462. 29) Procopius Anecdot. 24. p. 70.: πρᾷος ἦν καὶ ὡς ἥκιστα ὑβρίζειν εἰδώς.

post mortem a Corippo *boni* cognomine insignitur [30]), ut olim Rex Ancus. Quae tamen virtutes non obstant quominus vere Procopius ei exprobrare potuerit furacissimum fuisse, atque inexplebili divitiarum cupiditate incensum [31]): avaritia enim apud orientis populos, ad servitutem prolapsos, persaepe etiam virorum minime malorum animos invadit: quorum bonitas eo tantum elucet, quod neque crudeliter agunt numorum causa, neque ius violant: quales sunt fere si qui inter Turcas viri boni dicuntur. In quo genere illustre exemplum erat memoria mea Mohammedes senex, Algeriae satrapa. Nihil hoc viro mitius, eiusque fide data nihil sanctius: at idem non solum nisi pacem ab eo redemisses, piraticam exercebat; violataque, sine sua culpa, pace, gavisum esse credo; verum etiam quotidie per vesperam aureis numerandis se delectabat. Praedivitem certe fuisse Petrum inde colligimus, quod insula Aconitis, in qua cotis fodinae exercebantur, integra pro fundo ad eum pertinebat [32]). Eadem servitutis miseria viros quamvis bonos immanissima principis iussa pro numinis oraculis exsequi cogit, quasi nihil arbitrio suo relictum sit: itaque asseverare non auderem calumniam esse Procopii narrantis Theodahadum a Petro ad Amalasunthae necem incitatum esse [33]): nisi causa quam affert cur Theodora exitium infelicis reginae machinata esset tam parum credibilis foret, ut hoc quoque crimen maledictis vesanae impudentiae accenseri posse confidam.

Petro Patricio Suidas ἱστορίας tribuit: unde petitae eclogae in utroque titulo de legationibus exstant: quarum prima ad imperium Tiberii, ultima ad res a Iuliano, adhuc Caesare, sub auspiciis Constantii in Gallia gestas pertinet. Quod si ulterius progressus esset, is qui eclogas confecit non magis in Petro quam in ceteris ultimam operis partem neglexisset: itaque eum finem fecisse ubi Eunapius res plene narrare incipiebat non dubito. Verum in quo tempore historiae suae initium constituerit, ea quaestio non aeque certe expediri potest: regum tamen liberique populi Romani tempora tractasse non crediderim; quum propter eclogarum ex universo hoc tempore defectum, tum quia non video quid hominem Byzantinum

30) Corippus de laud. Iust. l. 24. 31) Procop. l. l. 32) Hermolaus in ethnicis Stephani s. v. Ἀχόναι. 33) Anecd. 16. p. 47.

impellere potuerit ad scribenda quae, ut quisque prolixius aut brevius narrata quaereret, vulgo inveniebantur. Non tamen a Tiberio incepisse, — id quod per se omni careret probabilitate, — sed iam de Augusto, Triumviratusque tempore egisse, probant fragmenta quae in libello Seguieriano de syntaxi inveni [34]). Ex his alterum apud Dionem Cassium iisdem prope verbis legitur [35]), quod de fr. 4. 5. p. 123. ed. B., collata legat. LII. p. 401. Ursini, observavit Valesius: unde coniectura certa oritur Petrum nihil aliud quam Dionis breviarium confecisse quatenus huius historia pateret. Iam vero quum continuator Dionis, cuius eclogas ill. Maius in titulo de sententiis invenit, quantum spatia metiri licet, non multum infra Constantinum M. descenderit, non temeraria hariolatione mihi persuasi eum non diversum a Petro esse: ad quam firmandam nonnihil accederet, si exploratum esset imperatorum nomina quibus ista apud Maium pro lemmatis distinguuntur in codice sic posita esse: nam eadem ratione grammaticus ille qui de syntaxi scripsit, Petri opus in partes distinctum invenit: certe non librorum numeris; quos, ut semper alias, posuisset.

Praeterea idem Suidas Petro opus *περὶ πολιτικῆς καταστάσεως* adscribit: quod ill. Maius illos anonymi scriptoris de re publica dialogos esse coniicit quorum Photius cod. 37. meminit, ipse autem e palimpsesto Vaticano ampla edidit fragmenta *περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης* inscripta. Equidem inscriptionis diversitatem omittam, neque negabo Petro placere potuisse ut libros sine nomine ederet: attamen vix credibile videtur rem Suidae compertam docto curiosoque Photio non innotuisse; aut contra, Suidam silentio transiisse illud opus quo Petrus Lydo teste de magisterio officiorum exposuit [36]): quum id tamen in hominum manibus versaretur decimo saeculo.

34) Ea posita sunt infra p. 136. 35) Petrus: *ἀπεῖπε τοῖς βουλευταῖς ἐκδημεῖν ἔξω Ἰταλίας.* Dio LII. 41. p. 693. 34. ed. R. *καὶ προσαπεῖπε* (l. *καὶ πρὸς ἀπεῖπε*) *πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας.* Hunc locum adiumento indicis Reimariani indagare potui; is qui alteri fragmento respondet, nisi casu oblatus, haud facile invenietur. Quotus enim quisque adeo indefessus, otioque instructus est, ut quatuor vocabula per tot libros quaerere sustineat? quum ne illud quidem constet certum esse Antonii nomen, non errore positum pro Antonini. Verbo quidem *θωπεύειν* saepe utitur Dio. 36) Infra in test.

Etenim manifesto huius partes sunt quaecunque e Petro magistro exstant inserta caeremoniali Constantini Porphyrogeniti: habent autem eum auctorem non solum capita primi libri 84. et 85., quibus eius nomen praefixum diserte legitur, verum etiam decem quae continuo sequuntur, usque ad 95.; ubi saepe, v. gr. 86. 87. 95. de Iustiniano tanquam imperante quum ista scriberentur, sermo est. Petita autem esse haec omnia e libro de officio magistri satis inde colligitur quod auctor praecipue id agit, ut doceat quae partes magistri sint in rebus quas tractat; magistrorumque nomina ponit, qui in ea dignitate fuerint quo tempore Leones, avus et nepos, Anastasiusque et Iustinus imperium susceperunt.

Utrum hoc in volumine an alibi Petrus exposuerit quae cum Chosroë de pace componenda locutus esset[37]), pro incomperto relinquo. Sermonis rusticitatem in eo reprehendit Menander, quam se verbis Atticis mutasse ait quum colloquia ista referret: iustamque esse reprehensionem ei facile credimus: nam in capitulis quae in caeremoniali exstant graecitas ad barbariem, vulgaremque sermonem manifesto inclinata, imo iam in hunc conversa, conspicitur; neque eclogae ex historia ab ista labe immunes sunt. At, quae e libris *περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης* in luminis oras reduxit Maius, summa elegantia, et paene intemerato Attico sermone scripta sunt. Quum autem Petrus sui aevi hominibus, qui ea fere lingua utebantur quae nunc apud Graecos obtinet, loqueretur, non veteribus Atticis, sermo eius, pro grammaticorum sententia vitiosus, non impediebat quo minus, si vis persuadendi ei inesset, hominum mentes oratione flecteret. De qua viri eloquentia, ceterisque dotibus, testimonia quae hic subiungo loquuntur.

Iohannes Lydus *de magistratibus* II. 25. 26.: *τοῖς δὲ ἰμειρομένοις τοὺς ἐφεξῆς μὴ ἀγνοῆσαι μαγίστρους ἄχρις ἡμῶν, ἀρκέσει πρὸς διδασκαλίαν Πέτρος ὁ πάντα μεγαλόφρων, καὶ τῆς καθόλου ἱστορίας ἀσφαλὴς διδάσκαλος, δι' ὧν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ λεγομένου μαγιστηρίου ἀνεγράψατο. προῆλθεν οὖν ἡ δύναμις ἐπὶ πλέον τῆς ἀρχῆς· οὐ μόνον γὰρ τὰς τῶν ἐθνῶν πρεσβείας ὑφ' ἑαυτῷ τελούσας ὁ μάγιστρος ἔχειν πιστεύεται, τόν τε δημόσιον δρόμον, καὶ πλῆθος ἐμ-*

37) Menander, p. 429.

βριθὲς τῶν πάλαι μὲν φρουμενταρίων νῦν δὲ μαγιστριανῶν, τήν τε τῶν ὅπλων κατασκευὴν καὶ ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔτι καὶ τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων· καὶ διαφερόντως Πέτρος οὗτος, ὁ πολὺς, ὁ μηδενὶ ταῖς ἀρεταῖς κατὰ μηδὲν δεύτερος. διασώζει μὲν γὰρ καὶ φρουρεῖ τὴν αὐλὴν, καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν οὐκ ἀποπτύει μεγαλειότητα, ἣν ἐγγὺς ἀπολομένην ἀβελτερίᾳ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οἷα σοφὸς καὶ διὰ παντὸς τοῖς βιβλίοις προσανέχων, ἀποκαθίστησι. τοὺς δὲ νόμους εἰδὼς, εἴπερ τις ἄλλος, οἷς ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων ἀνετράφη (l. ἐνετρ. N.) συνηγορῶν τοῖς δεομένοις, ἄρχων τε μέγιστος, καὶ ἀξίαν ὀφρὺν τῆς ἐξουσίας ἀνατείνων ἐδείχθη, καὶ δικαστὴς ὀξὺς, καὶ τὸ δίκαιον κρίνειν εἰλικρινῶς ἐπιστάμενος, κατὰ μηδὲν αὐτὸν ὑπτιαζούσης τῆς τύχης. πρᾷος μὲν γάρ ἐστι καὶ μειλίχιος· ἀλλ' οὐκ εὐχερὴς, οὐδὲ πρὸς τὰς αἰτήσεις ἔξω τοῦ νόμου καμπτόμενος· ἀσφαλὴς δὲ ὁμοῦ, καὶ προβλέπων τὰς ὁρμὰς τῶν προσιόντων· μηδένα καιρὸν ταῖς ῥᾳθυμίαις παραχωρῶν· τὴν μὲν νύκτα τοῖς βιβλίοις, τὴν δὲ ἡμέραν τοῖς πράγμασι ἐγκείμενος, μηδὲ αὐτὴν τὴν μέχρι τῆς αὐλῆς ἐκ τῆς οἰκίας ἐν ὁμιλίαις διασυρίζων ἁπλῶς, ζητήμασι δὲ λογικοῖς, καὶ ἀφηγήσεσι πραγμάτων ἀρχαιοτέρων μετὰ τῶν περὶ ταῦτα σχολαζόντων εἰλούμενος. καὶ καιρὸς οὐδεὶς αὐτῷ διδαγμάτων ἐστὶν ἀμέριμνος· ὡς τοὺς τῶν λόγων ἐξηγητὰς δεδιέναι τὴν πρὸς αὐτὸν ἐντυχίαν· πράγμασι γὰρ αὐτοὺς καὶ στροφαῖς περιβάλλει, μετρίως ὑπελέγχων, ὡς λέγοιντο μόνον, οὐκ εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι ὁποίους αὐτοὺς ἡ φήμη διαθρυλλεῖ. ἐμοὶ δὲ μάλιστα σκοτοδινίας οὐ μικρὰς ἀνακινεῖ ἡ πρὸς αὐτὸν συνήθεια· χαίρω γὰρ αὐτῷ ὅτι καλὸς ἅμα καὶ ἐλεύθερος, καὶ τύφου καὶ κορύζης ἐκτὸς, ἀστεῖός τε καὶ κοινός· ἀλλ' ἐπισείει μοι ὡς εἴρηται, φροντίδας οὐ μικρὰς, μηδὲν ὧν ἐπίστασθαι δοκῶ προτείνων εἰς ζήτησιν, τὰ δὲ παντελῶς ἠγνοημένα παρεισάγων· ὥστε με τὰς πασῶν ἰσχυροτάτας εὐχὰς μελετᾷν, μηδεμίαν αὐτὸν ἄβατον ἐμοὶ, ὥσπερ εἰώθειν, ἐπιροιζῆσαι θεωρίαν.

Procopius, *Goth.* I. 3. in f.: Ὁ βασιλεὺς Πέτρον, Ἰλλυριὸν τὸ γένος, ἐκ Θεσσαλονίκης ὁρμώμενον, ἐς τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς ἔστελλεν, ἕνα μὲν ὄντα τῶν ἐν Βυζαντίῳ ῥητόρων, ἄλλως δὲ ξυνετόν τε καὶ πρᾷον καὶ ἐς τὸ πείθειν ἱκανὸν πεφυκότα.

Idem, *Anecdot.* 24.: Πέτρος τὸν ἅπαντα χρόνον ἡνίκα

τὴν τοῦ μαγίστρου καλουμένην εἶχεν ἀρχὴν, ἀεὶ καθημέραν αὐτοὺς (τοὺς σχολαρίους) κλοπαῖς ἀμυθήτοις ἀπέκναιε. πρᾶος μὲν γὰρ ἦν, καὶ ὡς ἥκιστα ὑβρίζειν εἰδὼς, κλεπτίστατος δὲ ἀνθρώπων ἁπάντων, καὶ ῥόπου αἰσχροῦ ἀτεχνῶς ἔμπλεως.

Suidas *s. v. Πέτρος ὁ ῥήτωρ, ὁ καὶ μάγιστρος καὶ ἱστορικὸς, πρεσβευτὴς ὡς Χοσρόην σταλεὶς „μάλα ἐμβριθής τε ἦν καὶ ἀνάλωτος ἐν τῷ ῥητορεύειν, τῷ καταμαλάξαι φρονήματα βαρβαρικὰ, σκληρά τε καὶ ὀγκώδη.“ ἔγραψεν ἱστορίας, καὶ περὶ πολιτικῆς κατασκάσεως.* (Quae signis inclusi Menandri verba sunt, servata in eclogis de sententiis, pag. 429. 19—21. ed. B.)

Menander, p. 346, 22. ed. B.: *Πέτρος — ἀποχρώντως ἔχων τῆς τε ἄλλης παιδείας, καὶ τῆς τῶν νόμων.*

Idem p. 368. 1. Chosroës ad Petrum: *οὐδὲ αὐτὸς σὲ, ὦ Ῥωμαίων πρεσβευτὰ, ὥσπερ εἰκὸς ἐν τοσαύτῃ φιλοσοφίᾳ τεθραμμένον, ἢ περιεῖναι τοῖς ῥήμασι μεμάθηκας, μεμφθείην — μὴ πείθειν μαθών.*

Idem p. 376. 12. Iohannes legatus: *Πέτρος — ἐμπειρίᾳ λόγων καὶ δεινότητι παιθοῦς — οἷος ἐγένετο παρακρούσασθαι.*

Idem p. 428. 20.: *τὸ χθαμαλώτερόν πως ἔστιν ἢ τῶν λόγων — μετέφρασα ἐς τὸ ἀττικώτερον.*

Cassiodorius *Variarum* X. 19. *nomine Theodahadi regis:* vir eloquentissimus Petrus legatus serenitatis vestrae, et doctrina summus, et conscientiae claritate praecipuus.

Ibid. X. 22. *eiusdem nomine:* per virum disertissimum Petrum.

Ibid. X. 24. *nomine Gundelinae reginae:* veniente viro sapientissimo Petro.

Hermolaus, *epitomator Stephani de urbibus*, s. v. *Ἀκόναι: Ἀκονῖτις — νῆσος διαφέρουσα τῷ πανένφήμῳ πατρικίῳ καὶ τῷ* (l. τὰ N.) *πάντα σοφοτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ, κειμένη καταντικρὺ — Χαλκηδόνος. ἐπικέκληται δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ πρὸς ἀκόνας πεποιημένων λίθων.*

Corippus de laudibus Iustini I. 24. 25.:

> Successorque boni, redivivaque gloria Petri
> Hic Theodorus adest, patria gravitate magister.

Panium, unde PRISCUS, quem alii minus definite Thracem vocant[38]), Panita dicitur, oppidum erat Europae, unius e sex provinciis dioeceseos Thraciae, quae Chersonesum continebat, atque in Propontidis ora inter Heracleam, olim Perinthum, provinciae metropolim, et Selymbriam terminabatur[39]): incertis, ubi in mediterranea porrigebatur, finibus; Aenum, quaeque ab illa versus occidentem iacent oppida, ad Rhodopam provinciam pertinuisse compertum est. Panium ipsum in littore (Propontidis) prope Heracleam (Perinthum), itaque inter illam et Rhaedestum situm fuisse, Suidas docet[40]): apud Geographos vetéres, ipsumque Ptolemaeum, eius mentionem frustra quaesivi.

18. Ceteroquin videtur humana natura ad invidiam propensa atque proclivis. — Milites quum pro meritis res gestas laudare non possent: „Achaeos, dicunt, de turri indicabant;" quum se quisque imperatoria scientia praeditum prudentiaque praestantem haberi vellet. — Atque his quidem materia nugandi suberat; ille autem susceptorum initio consiliorum tenax in regionem propriam revertebatur.

19. Bellum quippe gerens tantisque periculis circumsessus de eligendo, quo carebat, duce exercitus cogitabat. Ac quemadmodum medici aiunt, si quando gemini dolores ingruant, ab acriore minorem solvi, sic eo tempore cernere erat summum amissi regis moerorem ab impendente belli terrore infractum atque debilitatum. Nam quod quidem acciderat, nemini non erat planum; quanam vero ratione id esset patratum, alii aliter coniectabant, sed nemo certo sciebat; neque aliud cuiquam exploratum erat, nisi quod ducem eligere prorsus oportebat. Iam etsi vulgaris turba erant, id tamen nemo non videbat, ducis quidem copiam non defuturam, sed Iuliano parem, ne si deus quidem aliquis procrearetur, inventum non iri: qui naturae suae praestantia ac divina magnitudine vitae huius necessitatem, quae in deterius ruere solet, pervicit; seque tot fluctibus ipsum emergens, coelum introspexit, bonaque ibi latentia

ἐπέγνω τὰ ἐν αὐτῷ καλὰ, τοῖς ἀσωμάτοις ὁμιλήσας σῶμα ἔχων ἔτι. καὶ βασιλείας τε ἔτυχεν οὐχ ὅτι ἦρα βασιλείας, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀνθρώπειον ἐώρα δεομένους βασιλεύεσθαι· φιλοστρατιώτης τε ἦν διαφερόντως οὐχ ὅτι ἐβούλετο δημαγωγεῖν, ἀλλ' ὅτι τοῦτο ἠπίστατο τοῖς κοινοῖς συμφέρειν.

[Ταῦτα ληρεῖν ἀνέχῃ, ἐμβρόντητε τῷ ὄντι καὶ ἀνεπιγνώμων τῶν πεφλυαρημένων; τίς γὰρ τῶν ἐγγενῶν Ἕλλησι δογμάτων οὐρανίων μεμύηται μυστηρίων θεατὴν ὑπάρξαι τὸν ἀπαλλαττόμενον τῆς ἐντεῦθεν βιοτῆς ἢ συνόμιλον ἀσωμάτων γενέσθαι; καὶ τίνες οἱ ἀσώματοι οὗτοι, εἰ μή που Γανυμήδης καὶ Ζεὺς ὁ Γανυμήδους ἐκ Τρώων ἐραστὴς, δι' οὗ καὶ Ἥρα παραγκωνίζεται ἡ ἀδελφὴ καὶ γαμετὴ τῷ Φρυγὶ μειρακίῳ; ἀλλὰ τὰ μὲν κλέψας ἔχεις τῶν Χριστιανικῶν ὀργίων, τὰς ἀσωμάτους φημὶ φρατριὰς· ἐπεὶ τῶν γε σῶν δογμάτων μὴ οὐχὶ καὶ ἐμπαθέστερον τῶν κατὰ τὸν φθαρτὸν τοῦτον βίον ἀκρατεστάτων οἱ κατ' οὐρανόν σοι ἁλῶσιν μάκαρες βιοῦντες· οἷς Ἥβη μὲν οἰνοχοεῖ πολλῷ τῷ νέκταρι, οἱ δὲ μεθυσκόμενοι τὰ ἀπαίσια διεξίασι Τρώων πόλιν εἰσορόωντες. πρὸς τίνας καὶ τῶν καθ' Ἕλληνας ἑαυτὸν ἀναφέρων φιλοσόφων ἦρα βασιλείας; πρὸς Ἀντισθένη; πρὸς Διογένη; ἀλλὰ τούτοις μὲν ἴσμεν οὕτως ἀπραγμοσύνης μέλον, ὡς τὴν κυνῶν ἐζηλωκότας ζωὴν καὶ τῇ τούτων ἐγκαλλωπίζε-

Cod. R. 172 263

6. In margine cod. adscriptum erat: στηλιτευτικὸς κατὰ Εὐναπίου. ἀνέσχῃ ἐμβροντὴς ed. 10. οὗτοι N., ἤτοι ed. 17. οἱ δὲ ante πολλῷ ponendum esse putat B. 21. τούτοις N., τούτους ed.

novit, cum incorporeis naturis corpore nondum exutus familiariter versans. Neque vero imperium susceperat, quia regnandi cupidus esset, sed quia homines regnatore indigentes videbat. Tum et militibus blandus erat, non ut in populo dominaretur, sed quia ex usu rei publicae id fore sciebat.

[Inepta haec effutire ausus es, stulte revera homo et nihil intelligens? Nam quis in patriis Graecorum dogmatibus sic initiari dicitur, ut mysteriorum coelestium spectator fiat, atque ut ex hoc terreno incolatu translatus cum incorporeis naturis versetur? Quinam vero sunt hi incorporei, nisi forte Ganymedes et Iupiter, Ganymedis Troiani amator? cuius rei causa Iuno quoque soror et coniux exploditur, ut Phrygio pusioni locus sit. Sed enim video, te christianis sacris has, inquam, incorporeas suffurari curias. Atqui ex tuorum dogmatum norma nonne turpius, quam intemperantissimi in hac vita mortales solent, beatos tuos deprehendes in coelo vivere? quibus Hebe quidem largum nectar propinat; ipsi vero ebrii obscoena fabulantur, Troianam urbem despectantes. Quemnam porro Graecum

σθαι κλήσει. οὐκ οὖν ἐπανορθῶν τὸν ἀνθρώπινον βίον εἵλετο βασιλεύειν, ὅτι μηδ' ἐπανώρθωσέ τι, εἰ μὴ πρῶτον μὲν φιλοδοξίας κακῷ λυσσήματι ἀχάριστος περὶ τὸν εὐεργέτην διαγινόμενος, ἔπειτα καὶ ὅπως τοῖς ἄγουσιν αὐτὸν δαίμοσι τὸ ὀλέθριον ἀφοσιούμενος σέβας, λάθοι πρὸς τῶν ὑπ' αὐτοῦ σπουδαζομένων δαιμόνων τοιούτου καὶ τέλους κυρῆσαι, ἄξίου καὶ τῆς ἐκείνων ἀπάτης καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐμπληξίας.]

κ'. Ὅτι πρὸς τὸν Ὀριβάσιον εἰπόντα, ὡς οὐ χρὴ τὸν θυμὸν, κἂν ἐπεισίῃ, διὰ τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς φωνῆς ἐκφορεῖσθαι, „ὅρα τοίνυν" εἶπεν, „ἐπειδὴ καλῶς λέγεις, εἰ τοῦτο ἐγκαλέσεις ἔτι δεύτερον."

κα'. Ὅτι φασὶν Ἀλεξάνδρου θειάζοντος ἑαυτὸν ἐκ Διὸς Ὀλυμπιάδα θρυπτομένην φάσκειν· „οὐ παύσεται τὸ μειράκιον διαβάλλον με πρὸς τὴν Ἥραν;"

κβ'. Ὅτι προσαγορεύων ὁ θεὸς τὸν Ἰουλιανὸν φησιν· R. 264
„ὦ τέκος ἁρμελάτου θεοῦ, μεδέοντος ἁπάντων."

κγ'. Ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἴδιον ἀνακαλεῖ τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ Ἀλέξανδρος διαβάλλεται φάσκων πρὸς τὴν Ἥραν, ὅτι Ὀλυμπιὰς αὐτὸν ἐκ Διὸς ἀνελομένη τοῦτο οὐκ ἀπεκρύπτετο· ἀλλ' οὗτός γε ἐπὶ ταῖς τοῦ θεοῦ μαρτυρίαις αἰωρούμενος εἰς τὸν Πλάτωνα ὑποφέρεται, ὥσ-

9. ἐπείσῃ ed. 16. πέκος ed. 17. Post ἴδιον add. M. πατέρα.

philosophum aemulatus est Iulianus, cum regnum appetivit? num Antisthenem? num Diogenem? Atqui hos scimus tanti otium fecisse, ut canum quoque vitam amplexi sint, atque horum appellatione gloriarentur. Nequaquam igitur ut res humanas corrigeret, imperium affectavit; nam nihil omnino emendavit; sed primo quidem prava gloriae cupiditate ingratus adversus benefactorem fuit: deinde dum ducibus suis daemonibus scelerata religione se devovet, nescivit, fore ut per cultos ab se daemonas talem exitum consequeretur, qui et fraudem simul illorum et suam vesaniam deceret.]

20. Monenti Oribasio, non oportere iram, etiamsi adsit, voce et oculis declarare, „Tu vero videsis, inquit Iulianus, quandoquidem recte ais, an me iterum hac in re castigare possis.

21. Quum Alexander divino se Iovis genere satum iactaret, aiunt Olympiadem affectato fastidio dixisse: Nondum hic pusio apud Iunonem criminandi mei finem facit?

22. Deus Iulianum alloquens ait:

O stirps aurigantis Dei, qui omnia regit!

23. Solem Iulianus in epistolis suum appellat: haud equidem qua ratione Alexander calumniatur apud Iunonem, nempe quod Olympias de Iove se concepisse non dissimularet; verum ipse Dei

περ ὁ ἐκείνου Σωκράτης φησί· „μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου τῶν θεῶν," ταύτην καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἡλιακὴν βασιλείαν τινὰ καὶ χρυσῆν σειρὰν ἀναφέρων καὶ συναπτόμενος.

R. 265 κδ'. Ἀλλ' ὁπότε σκήπτροισι τεοῖς Περσηΐον αἷμα
ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς,
δή τότε σὲ πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα
ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγγι,
λυσάμενον βροτέων ῥεθέων πολύτλητον ἀνίην.
ἦξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρῴιον αὐλὴν,
ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μεροπήϊον ἐς δέμας ἦλθες.

R. 266 Τούτοις ἀρθέντα τοῖς ἔπεσιν αὐτὸν καὶ λογίοις μάλα ἡδέως φησὶν ἀπολιπεῖν τὸ θνητὸν καὶ ἐπίκαιρον. πρόκεινται δὲ τῶν λογίων ἄλλαι τινὲς εὐχαί τε καὶ θυσίαι περὶ τοὺς
Cod. 173 θεούς, ἃς ἐκείνῳ μὲν ὁρᾶν ἀναγκαῖον ἦν ἴσως, ἐς δὲ ἱστορικὸν τύπον καὶ βάρος φέρειν οὐκ ἦν εὔλογον· τὸ γὰρ καθ' ἕκαστα οὐκ ἦν ἀλήθειαν τιμῶντος, ἀλλὰ διὰ πολυπραγμοσύνην ἐς λῆρον ἀποφερομένου καὶ παρολισθαίνοντος.

κε'. Ὅτι φησὶν Εὐνάπιος· περὶ μὲν οὖν τῶν παλαιο-

1. ἄλλοι δὲ Plato Phaedr. p. 47, 17., ἀλλ' οὐ ed. 2. ταύτῃ coni. N. 5. ὁπόταν Suidas s. v. Ἰουλιανός. 8. στροφάλιξι ed. θυέλλησι ed. 9. ῥίψαντα βροτ. Suid. ῥεθέων ed. 10. αὐλὴν Suid., ἀλκὴν ed. 17. Post ἕκαστα N. ins. γράφειν.

testimoniis subnixus ad Platonem provocat. Nam sicuti Platonicus ait Socrates: Cum Iove nos sumus, alii cum alio deorum; ita etiam Iulianus ad solare quoddam regnum aurea veluti catena referebat semet atque adiungebat.

24. Sed postquam sceptro tuo Persicum genus
Seleuciam usque persequens gladio subieceris;
Tunc te ad Olympum splendidus currus subvehet,
Nimbis circumdatum atque vorticibus,
Variis mortalium membrorum aerumnis liberatum.
Venies autem ad aetherii luminis paternam aulam,
Unde olim excussus ad humanum corpus abieras.

His elatum versibus atque oraculis lubenter admodum mortales temporalesque exuvias dimisisse ait. Iam praeter haec oracula aliae quoque exstant nescio quae preces et peragenda diis sacrificia; quas quidem res ab eo fieri fortasse necesse erat, sed easdem in gravem historiam recipi non est decorum. Nam singillatim omnia persequi haud veritatem sectantis est, sed hominis, qui curiositate prolectus ad ineptias pronus delabitur.

25. Ait Eunapius: Quod quidem ad antiquiores res adtinet, et quae ante nos evenerunt, venia scriptoribus danda est, aut ve-

τέρων καὶ ὅσα πρὸ ἡμῶν, ἀνάγκη συγχωρεῖν τοῖς γράψασιν ἢ τοῖς πρὸ ἐκείνων λόγοις εἰς ἡμᾶς κατὰ μνήμην ἄγραφον εἰς διαδοχὴν περιφερομένοις καὶ καθήκουσιν· ὅσα δὲ ἐφ' ἡμῶν R. 26
αὐτῶν γέγονεν, ἀλήθειαν τιμῶντι, καθά φησιν Πλάτων, παραδοτέον τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

κς'. Ὅτι Φίλιππος ὁ Μακεδὼν τὸ μέτρον ἰδὼν τοῦ σφετέρου σώματος, (ἐν παλαίστρᾳ γὰρ ἐπεπτώκει,) διαναστὰς ἀπὸ τοῦ πτώματος σώφρονα ἀφῆκε λόγον, ὡς ὀλίγην κατασχήσων γῆν εἶτα ἐπιθυμοίη τῆς ἁπάσης.

κζ'. Ὅτι τὸν Θησέα φασὶν οἱ παλαιοὶ ζηλωτὴν Ἡρακλέους γενόμενον μικρὰ τῆς μιμήσεως ἐκείνης ἀποκερδᾶναι.

κη'. Ὅτι τοῦ Προκοπίου τοῦ συγγενοῦς Ἰουλιανοῦ στα- A. C. 365
σιάσαντος καὶ τυραννίδι ἐπιθεμένου, Ἡράκλειος ὁ κυνικὸς Ind. 8 Valent. et
προσελθὼν αὐτῷ καὶ κατακροτήσας εὖ μάλα τῇ βακτηρίᾳ Val. I. 2
τοὔδαφος, „ἄλκιμος ἔσσο" φησὶν, „ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ."

κθ'. Ὥσπερ οὖν οἱ φυσικοί φασι πάσης κινήσεως εἶναι τέλος ἀκινησίαν, ἣ ταῖς ἄλλαις κινήσεσιν τὸ κινεῖσθαι δίδωσιν αὐτὴ μένουσα, οὕτως ἄν τις ὑπέλαβε καὶ τότε τὸν πρεσβύτην Ἀρβιτίονα παρατυχόντα τὴν τοῦ βασιλέως ἄτακτον καὶ κυματώδη φορὰν εἰς ὁμαλὸν καὶ λεῖον καταστορέσαι τοῦ λογισμοῦ πάθος· μικροῦ γὰρ ἔξέστη διὰ δειλίαν τῶν κοινῶν πραγμάτων.

2. πρὸ] περὶ N. 10. Procopium significat imitatorem Iuliani. N.

tustioribus etiam traditionibus, quae memoriter et sine scripto ad nos usque ex ordine devenerunt. Verumtamen res, quae nostra aetate acciderunt, eae, servato veritatis honore, ut ait Plato, tradendae lectoribus sunt.

26. Philippus Macedo, conspecto sui corporis modulo, (in palaestrae enim arena deciderat,) exsurgens a casu, modestam sententiam dixit, quod is videlicet modicam terram occupaturus universam adpeteret.

27. Aiunt veteres, Theseum, dum Herculem aemulari vellet, exiguum imitationis suae fructum tulisse.

28. Quo tempore Procopius, Iuliani propinquus, adfectata tyrannide, rebellavit, Heraclius cynicus ad eum accedens humumque cum sonitu virga quatiens, „Forti, inquit, animo esto, ut aliquis te quoque posterus laudet."

29. Sicut igitur physici aiunt, cuiusvis motus finem esse quietem, quae motibus vim mobilem dat, ipsa interim manens immota; ita licet existimare, senem Arbitionem, quum incidisset in imperatoris incompositam fluctuantemque agendi rationem, ad aequabilitatem eius animum lenitatemque revocasse; qui sane ob formidinem prope omissurus erat rem publicam.

λ'. Μεγαλόψυχον γὰρ καὶ λίαν θεοειδὲς τὸ καὶ τῶν αἰτίων φείσασθαι, οὐκ ἔξω δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ μὴ
R. 268 καὶ τῶν ἀναιτίων. τὸ μὲν γὰρ ξένον τῆς τιμωρίας λόγῳ γίνεται τῆς ἀρχῆς, ἵνα φόβῳ συνέχηται τὸ ἀρχόμενον· τὸ δὲ ὑπεροπτικὸν τῆς κολάσεως δι' ἀρετῆς ὑπεροχὴν γίνεται, ὡς τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς διὰ μέγεθος καὶ ὄγκον ἀρκούσης ἑαυτῇ καὶ ἄνευ τιμωρίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπῃ γνώμης ἔχει τις καὶ κρίνει, οὕτως ἐχέτω.

λα'. Ὅτι ὁ Ποσειδώνιος ἔλεγεν, ἀπελθόντος Ἀλεξάνδρου τὸ στρατόπεδον ἐοικέναι τῶν Μακεδόνων ἐκτετυφλωμένῳ Κύκλωπι.

A. C. 314 Ind. 2 Valent. et Val. I. 11 Cod. 174 λβ'. Ὁ δὲ Θεόδωρος ὁ κατειλεγμένος τοῖς νοταρίοις ἐν δίκῃ ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ βασιλέως· τό,τε γὰρ εὖ γεγονέναι προσῆν αὐτῷ, καὶ τὸ εὖ πεφυκέναι πρὸς ἀρετὴν ἅπασαν, τό,τε σῶμα συνήνθει ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὸ ἐπαφρόδιτον ἐν ταῖς συνουσίαις κόσμος ἐδόκει τῶν ἀρετῶν ἐμμελής τις καὶ παναρμόνιος. ἀλλ' ἔλαθεν, ἦ φησιν Ὅμηρος, ὑπὸ τῶν ἰδίων διαφθαρεὶς καλῶν. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον, καὶ ὅσοι περὶ στρατείας ἐπὶ τὰ κέρδη καὶ τὰς κοινὰς τύχας ἐπτοημένοι καὶ κεχηνότες, τὴν ἡμερότητα καταμαθόντες αὐτοῦ καὶ τὸ πρὸς τὰς ὁμιλίας εὐκρατὲς καὶ πρόχειρον, ταχὺ μάλα τὴν ἄμαχον καὶ φοβερὰν καὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι κολακείαν ποιοῦντες καὶ προβαλόμενοι καθάπερ ἑλέπολίν τινα καὶ μηχανὴν ἄφυ-

13. τότε γὰρ εὖ γέγονεν Β ed. 21. εὔκρατον coni. B.

30. Magnanimum est et valde divinum reis ignoscere: non est autem extra humanam naturam, etiam insontibus non parcere. Nam poenae insignes imperii tuendi gratia infligi solent, ut timore contineantur subiecti: at enim omissio poenae ab eximia virtute venit: ceu si regia dignitas magnitudine fastigioque suo sibi sufficiat, quin opus suppliciis sit. Verumtamen de his pro sua quisque sententia iudicet.

31. Quum e vivis excessisset Alexander, Posidonius aiebat Macedonicum exercitum similem esse Cyclopis lumine cassi.

32. Theodorus, qui erat inter notarios adscriptus, iure in pretio apud Caesarem habebatur: nam et nobili loco natus, et natura ad quamlibet virtutem aptus erat, et corporis decus, et in consuetudine familiari venustas concinnum quoddam et usquequaque decens virtutum ornamentum erant. Sed enim nesciebat, ut ait Homerus, se bonis suis perditum iri. Vulgus enim et quotquot in exercitu quaestui publicisque bonis proni inhiabant, cognita huius mollitia et in convictu facilitate ac docilitate, protinus adhibere coeperunt invictam illam et sapientibus etiam formidabilem adsentationem; quam illi ceu tormentum quoddam et machinam insupe-

κτον, ἐξέωσαν τῶν ἀσφαλῶν καὶ σωτηρίων λογισμῶν τὸν νεανίσκον, καὶ κατέσεισαν εἰς τὸν μανιώδη καὶ σφαλερὸν τῆς βασιλείας ἔρωτα.

λγ'. Ὅτι φιλοχρηματίαν φασὶ πηγήν τινα πάσης κακίας R. 269
συγχάνειν, οὐδὲ τῇ κακίᾳ πότιμόν τε καὶ χρήσιμον· ἐξ ἐκείνης γὰρ τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπὸ τῆς τῶν χρημάτων περιττῆς ἐπιθυμίας τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον ἀρδόμενον ἔριν τ' ἀνέφυσεν ἀνθρώποις καὶ μάχην· ἔρις δὲ αὐξηθεῖσα πολέμους ἀνεβλάστησε καὶ φόνους· φόνων δὲ ὁ φυόμενος καρπὸς φθορὰ τοῦ γένους καὶ ὄλεθρος· ἃ δὴ καὶ ἐπὶ Οὐάλεντος συνεπράττετο.

λδ'. Κατὰ μὲν οὖν τὰ πρῶτα τῆς συγγραφῆς, οὐδενὸς οὐδὲν σαφὲς ἔχειν λέγοντος ὅθεν τε ὄντες οἱ Οὖννοι, ὅπη τε κείμενοι τὴν Εὐρώπην πᾶσαν ἐπέδραμον καὶ τὸ Σκυθικὸν ἔρρίψαν γένος, ἐκ τῶν παλαιῶν συντιθέντι κατὰ τοὺς εἰκότας λογισμοὺς εἴρηται· τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀπαγγελλομένων δοξάζοντι πρὸς τὸ ἀκριβὲς, ὡς ἂν μὴ τοῦ πιθανοῦ τὴν γραφὴν ἀπαρτήσαιμεν, μηδὲ παραφέροι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ λόγος. ἡμεῖς δὲ οὐ ταὐτὸν πάσχοντες τοῖς ἐκ παίδων οἰκίαν μικρὰν καὶ φαύλην οἰκήσασιν, εἶτα διὰ τύχης εὔροιαν μεγάλων καὶ λαμπρῶν ἐπιλαβομένοις οἰκοδομημάτων, ὅμως διὰ συνήθειαν

7. ἀνέφυσεν B., ἀνεφύσησεν ed. 10. δὲ ed. 12. τὰ add. N. 21. ὅμως] καὶ ὅμως vel ὅμως δὲ B.

rabilem admoventes, iuvenem e sanis salubribusque consiliis deiectum ad furiosam perniciosamque regnandi sitim perpulerunt.

33. Aiunt avaritiam malitiae omnis esse fontem; immo nec ipsi malitiae iucundam esse vel utilem. Etenim ex hac scaturigine atque ex nimia pecuniae cupiditate, ubi semel pars animi deterior hac labe imbuta fuerit, discordia inter homines gignitur et contentio. Discordia augescens bellum caedesque parit: caedium autem fructus est humani generis vastitas et exitium. Quae omnia sub Valente evenerunt.

34. In priore historiae editione, quoniam nemo adhuc certa narratione prodidit, qua origine quibusve ex locis Hunni universam Europam pervaserint, Scythicumque genus ubique propagarint, nos quidem memorias veteres colligentes, rem probabili ratiocinatione tractavimus: tum quidquid relatum erat, diligenti iudicio exploravimus, ne quid minus probabile proferremus, et ne sermo noster veritate procul aberraret. Neque nunc tamen, more eorum, qui in exigua vilique casa a pueris enutriti, dein favorabili fortunae cursu magnas atque splendidas domos nacti, nihilominus consuetudine victi antiquos adhuc amant lares atque amplectuntur; haud nos, inquam, praedictis utcumque narrata fuerunt indulgen-

τὰ ἀρχαῖα θαυμάζουσι καὶ περιστέλλουσιν, οὕτως αὐτοὶ τὰ προειρημένα γεγράφθαι συγχωρήσαντες ἑτέρων ἀποστε[ρούμεθα] πάλιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὥσπερ οἱ κατά τινα θεραπείαν σώματος τὰ πρῶτα χρησάμενοι φαρμάκῳ δι' ὠφελείας ἐλ-
R. 270 πίδα, κἄτα τὸ κρεῖττον πείρᾳ δοκιμάσαντες ἐπ' ἐκεῖνο μεθίστανται καὶ ῥέπουσιν, οὐ τῷ δευτέρῳ τὸ πρότερον ἀναιροῦντες, ἀλλὰ τῷ δεδοξασμένῳ κακῶς τὸ ἀληθὲς ἐπεισάγον-
Cod. 283 τες, καὶ καθάπερ φῶς ἀπὸ λαμπάδος διὰ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀφανίζοντες καὶ ἀμβλύνοντες, ὁμοίως ἐπιθήσομεν τοῖς εἰρημένοις τἀληθέστερα, κἀκεῖνα διὰ τὴν ἱστορικὴν δόξαν συγχωρήσαντες μένειν, καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀλήθειαν ἐφελκυσάμενοι καὶ παραζεύξαντες.

λε'. Ὅτι Μαρκιανὸς ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ὥσπερ τις κανὼν ἠκριβωμένος.

λς'. Φιλόκαλος γὰρ ὢν καὶ φιλάγαθος ὁ Μουσώνιος τοὺς παντάχόθεν καθεῖλκεν παρ' ἑαυτὸν, ὥσπερ ἡ μαγνῆτις λίθος τὸν σίδηρον. οὐκ ἦν δὲ βασανίζειν ὁποῖός τις ὁ δεῖνα, ἀλλὰ Μουσώνιον φίλον ἀκούσαντα, ὅτι καλὸς ἦν εἰδέναι.

A. C. 367 Ind. 10 Valent. et Val. I. 4 R. 271 λζ'. Ὅτι συνηρτῆσθαι τοῦ πολέμου δοκοῦντος Μουσώνιος ἵππον ἐπιβὰς ἔξῃει τῶν Σάρδεων. καὶ ὁ Θεόδωρος τὸν συγγραφέα μεταπεμψάμενος ἐδάκρυσε τὴν ἔξοδον, καὶ ἀνδρὶ τἄλλά γε ἀτεράμονι καὶ ἀτέγκτῳ δάκρυα κατεχεῖτο τῶν παρειῶν ἀκρατέστερον.

19. συνηρτῆσθαι N., συνηρῆσθαι ed.

tes, alia negligemus: quin potius instituto illorum, qui curando corpori intenti, etiamsi aliquam medicinam, quam utilem sperabant, iam adhibuerint, mox tamen, si potiorem aliam experientia edocti fuerint, hanc deligunt atque praeoptant; sic nos haud sane priora dicta confodientes, sed erroneis opinionibus veras res supponentes, ac veluti faculae lucem solaribus radiis opprimentes hebetantesque, hactenus dictis veriora subtexemus. Nempe et superiora illa in historicae opinionis loco esse sinemus, et praesentia addemus iuxtaque apponemus, ut veritati consultum esse videatur.

35. Marcianus ad omne virtutis genus tamquam regula quadam exactus erat.

36. Pulcri enim bonique amans Musonius mortales omnes ad se pelliciebat, ceu ferrum magnes lapis. Neque opus erat qualis quisquam esset expendere; sed ubi amicum Musonii scires, egregium esse virum satis noveras.

37. Bello iam indicto, Musonius, equo conscenso, Sardibus progressus est. Tum Theodorus, quum eum, qui haec scribit, ad se vocasset, eluxit viri discessum. Revera homini alioquin duro et immiti lacrimae ubertim per genas manabant.

λή. Ὅτι τὸ ἐπὶ Μουσώνιον ἐπίγραμμα τὸ παρὰ Θεοδώρου τοιοῦτόν ἐστιν·

ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται ἀρήϊος, ἔνθα δ' Ἀχιλλεὺς,
ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος·
ἔνθα δ' ἐπὶ τρισσοῖσι πανείκελος ἡρώεσσι
ψυχὴν καὶ βιότοιο τέλος Μουσώνιος ἥρως.

λθ. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι κατεκόπησαν παρὰ Ἰσαύρων, καὶ τούτῳ ὥσπερ δράματι μεγάλῳ καὶ τραχεῖ τὸ κατὰ Μουσώνιον ἐπεισόδιον οὐκ ἔλαττον ὁ δαίμων ἐπήνεγκεν. ἐνταῦθά που τῆς συγγραφῆς ἀφώρισται τὸ πραχθὲν, ὅτι τοῖς χρόνοις παρέτεινε καὶ συγκατέστρεψεν ἐπὶ τὰ προειρημένα, ὥστε τοῖς καιροῖς μὴ πολὺ παραλλάττειν ἐς τὸ τέλος τὴν γραφήν.

μ'. Ὅτι ὁ βασιλεὺς Οὐάλης κατὰ τὸν καιρὸν ἡνίκα οἱ Σκύθαι τὴν Μακεδονίαν ἐπέτρεχον, παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν ὅτιας πανταχόθεν δυνάμεις συνήγειρεν ὡς μέγα τι καὶ ῥάδιον ἐργασόμενος. ὅσον δὲ παιδεία ἀναγνώσεως ἰσχύει πρὸς τοὺς πολέμους καὶ ἡ διὰ τῆς ἱστορίας ἀκριβὴς θεωρία πρὸς ἄμαχόν τινα καὶ γραμμικὴν ἔκβασιν τελευτῶσι καὶ συνηναγκασμένην, καὶ τότε ὁ χρόνος ἀπέδειξεν. πολλῶν γὰρ ἐπὶ πολλοῖς μαρτυρούντων, καὶ τῆς πείρας πόρρωθεν βοώσης, ὅτι οὔτε πολλοῖς οὔτε ὀλίγοις μάχεσθαι προσῆκεν ἀπεγνωκόσιν ἑαυτῶν καὶ πρὸς κίνδυνον ἑτοίμως ἔχουσιν,

A. C. 378 Ind. 6 Val. I. 15 R. 272

8. τούτο ed. 16. Ita corr. N., ἐργαζόμενος et mox παιδείας ed.

38. In Musonium epigramma Theodori hoc est:

Ubi iacet Aiax Mavortius, ubi Achilles,
Ubi Patroclus diis consilio par;
Ibi tribus heroibus animo vitaeque fine
Persimilis Musonius heros iacet.

39. Romani ab Isauris occidione caesi fuerunt. Atque huic tamquam dramati magno et atroci Musonii episodium non minoris momenti fata adiunxerunt. In hoc autem historiae loco id positum est, quia tempus eius usque ad praedictas res protenditur fitque iis coaetaneum. Quare et eius descriptio prope usque ad finem pari tempore pergit.

40. Valens Caesar, quo tempore Scythae Macedoniam incursabant, profectus ad regiam urbem militares undique copias contrahebat, magnum quid moliens et inopinum. Iam quantum valeat ad belli usum litterarum cognitio, quantumque historiae accurata notitia prosit iis, qui certum aliquem et definitum necessariumque exitum sortiri volunt, illo quoque tempore patefactum est. Nam et multi multifariam testantur, atque ipsa experientia vocem veluti procul mittens docet, neque magno, neque parvo militum numero adversus desperantes atque ad periculum quodvis paratos esse pu-

A. C. 378 ἀλλ' ὅτι τοιαῦτα στρατόπεδα καταλύειν συμφέρει χρόνῳ
Ind. 6 τρίβοντα τὸν πόλεμον καὶ περικόπτοντα τὰς ἀφορμὰς τῶν
Val. I. 15 ἐπιτηδείων, ὅπως ὑφ' ἑαυτῶν πολεμοῖντο δι' ἔνδειαν πολλοί
Cod. 284 τυγχάνοντες, καὶ μὴ πρὸς τύχην ἀποκινδυνεύωσιν, ἀλλ' ἐν
ἀπόρῳ καὶ τὸ κινδυνεύειν ἔχωσιν, ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις οὔσης
τῆς ἐπιχειρήσεως.

Ὡς δὲ ἦν τοιούτων ἀρετῶν ἡ κτῆσις * — σπανιώτερον
δὲ οὐδὲν ἀρετῆς ἐν βίοις διεφθαρμένοις καὶ ἀγωγαῖς ἐπὶ
χεῖρον προκατειλημμέναις.

μά'. Ὅτι Σεβαστιανὸς τὴν ἡγεμονίαν παρὰ τοῦ βασι-
λέως Οὐάλεντος εἰληφὼς παρὰ πάντων ὑπόνοιαν δισχιλί-
ους ᾔτησεν ὁπλίτας. τὴν δὲ ἐξουσίαν τῆς αἱρέσεως αὐτὸς
ἐπιτραπείς, τοῦ βασιλέως καὶ χάριν προσομολογήσαντος, ὅτι
R. 273 κινδυνεύσει περὶ δισχιλίους, εἰτὰ ἐρομένου τὴν αἰτίαν, δι' ἣν
ὀλίγους αἰτοίη, τὰ λοιπὰ ὁ Σεβαστιανὸς ἔφη τὸν πόλεμον
εὑρήσειν· τοῖς γὰρ εὖ πράττουσι πολλοὺς προσθήσεσθαι·
πλῆθος δὲ μετακαλεῖν ἐξ ἀναγωγίας δύσκολον· ὀλίγων δὲ
ἀρχομένων ἐς τὸ καλὸν μεταπλασθέντων, καὶ τῆς ἀγωγῆς
ἐπιτυγχανούσης, τό γε κατὰ μικρὸν προσιόντας ῥᾷον ἐπὶ τὸ
κρεῖττον ἐνταθήσεσθαι.

A. C. 379 μβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος παραλαβὼν τοσαύτην
ἀρχὴν καὶ βασιλείαν συνεμαρτύρησε τοῖς παλαιοῖς ἡλίκον

19. τόγε] τότε B. ῥᾴδιον ed.

gnandum; verum eiusmodi exercitus trahendo bello esse dissolvendos, subtractis interim commeatibus, ut intestina necessitate vincantur, dum alimoniae penuriam numerus praegravat: neque iis concedendum, ut fortunam experiantur, verum efficiendum, ut ne pugnae tentandae facultatem liberam habeant, cuius arbitrium penes adversarios sit.

Quum eiusmodi virtutum adeptio * — Nihil rarius virtute est in vitioso vitae genere atque in moribus ad deteriorem semitam pronis.

41. Sebastianus imperium copiarum ab Imperatore Valente consecutus, praeter omnium expectationem duo millia tantummodo militum postulavit. Quumque ei delectus arbitrium permissum fuisset, eidemque gratum animum Imperator testaretur, quod duobus tantum stipatus millibus proelium experiri auderet, insuperque causam rogaret tam paucos poscendi. „Quae desunt, inquit Sebastianus, bellum inveniet; nam felicibus multi adiungentur: nunc vero multitudinem corruptam a perditis moribus revocare perarduum est. Contra si pauci ad virtutem incipiant retrahi, tunc disciplina adhibita, illi etiam, qui paulatim accedent, facilius vitam emendabunt."

42. Theodosius Augustus tam lata ditione imperioque potitus

ἐπὶ κακὸν ἔξουσία, καὶ ὅτι πρὸς τὰ πάντα στεγανόν τι καὶ μόνιμον πλὴν εὐτυχίας ἄνθρωπος. οὐ γὰρ ἔφθασε παρελθὼν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ καθάπερ μειράκιον μελλόπλουτον πατρὸς ἐπὶ χρόνῳ πολλὰ χρήματα σεσωρευκότος διὰ σωφροσύνην καὶ φειδὼ, ἀθρόως κυριεῦσαν τῶν πραγμάτων σφοδρόν τινα καὶ παντοῖον ὄλεθρον κατὰ τῶν εὑρεθέντων μαίνεται, οὕτω καὶ τότε ἦν ὁρῶντα ἐπισκοπεῖν ὥσπερ ἐκ περιωπῆς, τόν γε ἔμφρονα, μηδένα τρόπον ἀμελούμενον κακίας καὶ ἀκολασίας ἐς τὴν κοινὴν τῶν πραγμάτων διαφθοράν. A. C. 379 Ind. 7 Grat. I. 5 Theod 1.

Ἀπορία γὰρ πρὸς εἰσφορὰς ἀκίνδυνον. R. 274

μγ'. Ὅτι οἱ Νικοπολῖται τῶν ἄλλων Θρᾳκῶν κατεγέλασαν, οἳ τῷ φόβῳ τῆς βασιλείας τὰ δεινὰ ἔπασχον, τὸ μὲν βοηθῆσον ἀεὶ δι' ἐλπίδος λεπτῆς εἰκάζοντες, τὸ δὲ τῶν κινδύνων ἐνεστηκὸς πείρᾳ καὶ ὄψει διὰ μαλακίαν ὑπομένοντες. A. C. 380 Ind. 8 Theod. I. 2

οὔτε γοῦν αὐτοὶ φρουράν τινα στρατιωτικὴν πεμφθήσεσθαι προσεδόκησαν, οὐδὲ ἐν ἑτέροις ἔθεντο τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ τῶν μὴ δυναμένων ἑαυτοῖς ἀμύνειν περιφρονήσαντες ἐς ἐλευθερίαν ἐπικίνδυνον ἀπέστησαν.

μδ'. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου οἱ βάρβαροι τὴν Θρᾴκην ἐδῄωσαν κατὰ μικρόν.

με'. Τοιοῦτον δέ τι ἱστόρηται γενέσθαι κατὰ τὴν Νέρωνος βασιλείαν, ἀλλὰ περὶ μίαν πόλιν. φασὶ γὰρ τρα- Cod. 127

3. μελλόπλουτον B., μὲν πλοῦτον ed. 11. οἱ corr. N., δὲ ed.

veteris effati veritatem demonstravit, malum scilicet ingens esse potestatem, atque hominem quamvis ad cetera firmum atque obduratum felicitati tamen non posse resistere. Nam veluti adolescentulus luculentam patris hereditatem diuturna frugalitate parsimoniaque partam repente adeptus, vehementi quodam furiosoque impetu ad prodigendam rem inventam rapitur; sic tum licebat cordato homini tamquam e specula observare Theodosium ad commune rei publicae exitium omni improbitate intemperantiaque ruentem.

Egestas adversus imperatum tributum tuta est.

43. Nicopolitani Thracas ceteros irridebant, qui ob regiae potestatis metum male se mulcari perpessi fuerant, dum suppetiarum exiguam spem fovent, ingruentia vero infortunia propter suam ignaviam spectant reque ipsa experiuntur. Igitur nec ipsi praesidium aliquod militare mittendum sibi exspectabant, neque in aliis fiduciam salutis collocabant, atque ita his neglectis, quae sibi tutelae esse poterant, in periculosissimam libertatem incidebant.

44. Sub Theodosio barbari paulatim Thraciam vastabant.

45. Simile quiddam contigisse fertur Nerone imperante, sed tamen in urbe una. Aiunt enim tragoedum quemdam Neronis as-

R. 275 γφδόν τινα διὰ τὴν Νέρωνος εἰς ταῦτα φιλοτιμίαν ἐκπεσόντα τῆς Ῥώμης, εἶτα πλανᾶσθαι δόξαν αὐτῷ καὶ τὸ τῆς φωνῆς πλεονέκτημα πρὸς ἀνθρώπους ἡμιβαρβάρους ἐπιδεικνύναι, καὶ παρελθεῖν εἰς ταύτην μεγάλην πόλιν καὶ πολυάνθρωπον, συναγεῖραί τε αὐτοὺς εἰς θέατρον. καὶ συνελθόντων τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν σφαλῆναι τῆς ἐπιδείξεως· οὐδὲ γὰρ τὴν ὄψιν ὑπομείναντας τοὺς θεατὰς, ἅτε ἄρτι καὶ πρῶτον ἑωρακότας, φεύγειν θλιβομένους περὶ ἀλλήλοις καὶ πατουμένους. ὡς δὲ ὁ τραγῳδὸς ἰδίᾳ τοὺς πρώτους αὐτῶν ἀπολαβὼν τήν τε τοῦ προσωπείου φύσιν ἐδείκνυ καὶ τοὺς ὀκρίβαντας, ὑφ' ὧν τὸ μέγεθος εἰς ὕψος παρατείνεται, καὶ συνέπειθεν οὕτως ἀνασχέσθαι καὶ τλῆναι τὴν ὄψιν, τότε παρελθὼν εἰς ἀνθρώπους καὶ ὡς μόλις ὑφισταμένους τὴν θέαν τὸ μὲν πρῶτον ἐπιεικῶς καὶ μετρίως τῆς φωνῆς αὐτοὺς διέγευσε καὶ τοῦ μέλους, (Εὐριπίδου δὲ τὴν Ἀνδρομέδαν ὑπεκρίνετο,) προϊὼν δὲ σφοδρότερον ἤχησε, καὶ ὑφῆκεν αὖθις, εἶτα ἐπήγαγεν ἁρμονίαν σύντονον, ἐπὶ ταύτῃ δὲ πάλιν εἰς τὴν γλυκεῖαν περιήνεγκεν. ὥρα δὲ ἦν θέρους ὅ,τι περ ἀκμαιότατον, καὶ τὸ θέατρον κατείχετο. καὶ ὁ τραγῳδὸς ἀναπαυσαμένους ἠξίου σφᾶς φοιτᾶν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν περὶ λήγουσαν καὶ ἀποψύχουσαν ἡμέραν· οἱ δὲ πρὸ τῶν ποδῶν πεσόντες καὶ κυλινδούμενοι πάσας ἀφίεσαν φωνὰς μήποτε αὐτοὺς ἀποστερῆσαι τοιαύτης μακαριότητος καὶ ἡδο-

1. τὴν om. ed. 4. τοιαύτην coni. B., Ταρσὸν N. 14. αὐτοῦ ed. 19. ὅ om. ed. 20. ἀναπαυσόμενος N. 21. πρὸς ed.

muli invidia Roma pulsum, quum ei peregrinari libuisset suaeque artis praestantiam semibarbaris hominibus ostentare, venisse in hanc magnam atque incolis affluentissimam civitatem, quos in theatrum mox invitavit. Qui quum convenissent, prima quidem die nihil agere potuit: neque enim aspectum sustinebant spectatores, qui vix eo primum viso, confertim ilico atque invicem proculcantes fugiebant. Sed quum deinde tragoedus principibus eorum seorsim appellatis declaravisset et personae naturam et pulpita, quibus actoris proceritas exaggeratur, atque illis persuasisset, ut spectaculo adessent illudque perferrent; tum in scenam publice egressus, principio quidem leniter ac moderate gustum suae vocis cantusque praebuit, atque Euripidis Andromedam egit: mox augescens vehementius insonuit vocemque statim submisit; deinde intulit vehementem harmoniam, quam rursus in suavem flexit. Erat autem hora diei ferventissima, et theatrum hominibus constipatum: quare actor spectatores rogabat, ut interquiescerent, atque ad audiendum refrigerata iam et desinente die redirent. Illi vero pedibus eius advoluti, infimis precibus eum rogabant, ne se tali beatitudine ac voluptate de-

νῆς. ἐνταῦθα ὁ τραγῳδὸς ἀφεὶς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἰσκηνὴν καὶ τὸ πάθος, — καίτοι γε τὰ πλεῖστα περιῄρητο τῆς τραγῳδίας πρὸς ἀνθρώπους ἀξυνέτους, ὄγκος τε καὶ βαρύτης λέξεων, καὶ τὸ περὶ ταῦτα εἶδος, καὶ ἡ τοῦ μέτρου χάρις, τό, τε R 276
5τῶν ἠθῶν ἐναργὲς ὀξύτατόν τε καὶ ἐπιφορώτατον εἰς, ἀκοῆς κίνησιν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ γινώσκεσθαι τὴν ὑπόθεσιν, — ἀλλ' ὅμως τούτων ἁπάντων γεγυμνωμένος ἐς τοσόνδε τῇ τε εὐφωνίᾳ καὶ τῷ μέλει μόνῳ κατεκράτησεν, ὥστε οἱ μὲν ἀνεχώρουν προσκυνοῦντες ὡς θεὸν, καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν παραοσφισιν αὐτοῖς δῶρα ἐκόμιζον, καὶ τὸν πλοῦτον ὁ τραγῳδὸς ἐβαρύνετο· μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην τῆς ἐπιδείξεως ἡμέραν νόσημα κατέσκηψεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πάντες οὐ τὰς λέξεις σαφῶς, ἀλλὰ τὸ μέλος, ὡς ἕκαστος εἶχε δυνάμεως καὶ φύ- Cod. 128
σεως, ἐκβοῶντες, καὶ διαῤῥοίας ἀκρατοῦς ἅμα ἐπιπεσούσης, 5ἐν τοῖς στενωποῖς παρεθέντες ἔκειντο, κακῶς ὑπὸ τῆς Ἀνδρομέδας ἐπιτριβόμενοι· καὶ ἐχηρώθη *τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡ πόλις, ὥστε ἐκ τῶν προσοίκων ἐποικισθῆναι. ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν εὐφωνίαν τε ἦν αἰτιάσασθαι καὶ ἀέρος ὑπερβάλλουσαν θερμότητα, ἢ τὸ μέλος διὰ τῆς ἀκοῆς ἐπὶ τὰ κύρια τῶν ψυχικῶν ὀργάνων συνέτηξε καὶ διέκαυσεν· ἐπὶ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων αἱ μὲν αἰτίαι τοῦ πάθους εὐθεώρητοι, (περὶ τὰ ἔντερα γὰρ ἦσαν ἅπασαι καὶ ὑπὸ γα-

13. μέλος B., γένος ed.

stituerat. Tunc se in scenam et ad vehementem actionem tragoedus proripiens, etsi pleraque tragoediae decora peribant apud homines indoctos, etsi incassum erat sublimitas ponduśque verborum, et modus his idoneus, et metri gratia, et moris evidentia, quae vehementissime ac promptissime percellere auditum solet; quamquam denique nec argumenti cognitio erat: nihilominus actor his omnibus destitutus, tantum valuit suavitate vocis solaque harmonia, ut spectatores ad eum adcurrerent instarque numinis adorarent, et sua quaeque pretiosa conferrent, ita ut re bona tragoedus obruerctur. Post septimum autem ab actione diem morbus urbem corripuit; quo stimulante, omnes inclamabant non ipsa quidem distincte tragoediae verba, sed numeros carminum pro sua quisque facultate ac natura: et simul diarrhoea vehementi labefactati, iacebant in viis exanimes, male admodum ab Andromeda adflicti. Atque adeo viris feminisque viduata urbs fuit, ut eam finitimi frequentare debuerint. Age vero illis barbaris causam morbi fuisse harmoniam reputare licet, nec non aëris calorem immodicum, vel ipsum cantum, qui in animae facultates infusus dissolvit illas atque perussit. In nostrae vero aetatis hominibus causas passionis facile agnoscas: etenim cunctae in ventre fuerunt atque in iis, quae sub ventre sunt. Quod autem nonnulli quoque e numero non insipientium in eum casum

R. 277 στέρα,) τὸ δὲ καί τινας τῶν οὐκ ἀνοήτων πρὸς τοῦτο ὠλισθηκέναι οὐκ εἰς φυσικὴν ἄν τις εἰκότως, ἀλλ' εἰς θειοτέραν ἀνενέγκοι κίνησιν, ποινηλατεῖσθαι σαφῶς τὸ ἀνθρώπινον.

A. C. 376 μς'. Φυλαὶ μὲν γὰρ τῶν πολεμίων τὴν ἀρχὴν διεβεβήκεσαν
Ind. 4 ἄπειροι, καὶ πλείους ἐπιδιέβαινον, οὐδενὸς κωλύοντος·
Val. 13 ἀλλ' ἐν τοσούτοις κακοῖς κέρδος αὐτοῖς ἐδόκει γνήσιον τὸ δωροδοκεῖσθαι παρὰ τῶν πολεμίων. εἶχε δὲ ἑκάστη φυλὴ ἱερά τε οἰκοθεν τὰ πάτρια συνεφελκομένη, καὶ ἱερέας τούτων καὶ ἱερείας· ἀλλὰ στεγανή τις ἦν λίαν καὶ ἀδαμάντινος ἡ περὶ ταῦτα σιωπὴ καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐχεμυθία, ἡ
R. 278 δὲ εἰς τὸ φανερὸν προσποίησις καὶ πλάσις εἰς τὴν τῶν πολεμίων ἀπάτην διηρτυμένη. καί τινας ὡς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐς τὸ θαυμαζόμενον σχῆμα καταστολίσαντες καὶ περικρύψαντες, καὶ πολλῆς αὐτοῖς τῆς ἀλώπεκος ἐπιχέαντες, εἰς τὸ μέσον προεφίεσαν, πανταχοῦ τὸ ἀφύλακτον διὰ τῶν καταφρονουμένων ὅρκων παρ' ἐκείνοις, παρὰ δὲ τοῖς βασιλεῦσι σφόδρα φυλαττομένων, ὑποτρέχοντες καὶ κατασκευάζοντες. ἦν δὲ καὶ τῶν καλουμένων μοναχῶν παρ' αὐτοῖς γένος, κατὰ μίμησιν τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις ἐπιτετηδευμένον, οὐδὲν ἐχούσης τῆς μιμήσεως πραγματῶδες καὶ δύσκολον, ἀλλὰ ἕξηρκει φαιὰ ἱμάτια σύρουσι καὶ χιτώνια, πονηροῖς τε εἶναι καὶ πιστεύεσθαι. καὶ τοῦτο ὀξέως συνεῖδον οἱ βάρβαροι τὸ

13. σχῆμα καταστολίσαντες N., ὄχημα καταστολήσαντες ed. 19. ἐπιτετηδευμένων ed. 21. καὶ ante χιτ. om. ed.

prolapsi fuerint; id non tam naturali, quam divinae nescio cui commotioni merito tribuendum est: quia scilicet furiis poenalibus agitatur aliquando humana conditio.

46. Innumerae hostium turmae principio flumen tranarunt; pluresque secutae sunt, prohibente nemine; verum in tantis malis praeclarum nostris videbatur lucrum, dum se donis ab hoste corrumpi paterentur. Singulae vero barbarorum tribus sacra patria secum vehebant cum horum ex utroque sexu ministris. Sed enim altum atque adamantinum de his erat silentium, et mysteriorum taciturnitas; quidquid vero extrinsecus per simulamentum speciemque fiebat, id omne ad decipiendos hostes compositum elaboratumque erat; seque Christianos cuncti dicebant, et quosdam suos veluti episcopos miro habitu indutos multamque iis imposturam circumponentes, in medium producebant. Sic enim dabant operam, ut improvisos nos opprimerent propter sacramenta apud illos quidem contemta, apud imperatores autem nostros religiose servata. Erat praeterea apud ipsos genus illud hominum, quos monachos dicimus, ad illorum imitationem subornatum, qui in adversa parte versabantur; quippe imitatio nihil habet operosum aut difficile, sed nigris

θαυμαζόμενον παρὰ Ῥωμαίοις ἐς παραγωγὴν ἐπιτηδεύσαν- A. C. 376
τες· ἐπεὶ τά γε ἄλλα μετὰ βαθύτητος καὶ σκέπης ὅτι μά-
λιστα στεγανωτάτης τῶν ἀποῤῥήτων τὰ πάτρια ἱερὰ γεννι- R. 279
κῶς τε καὶ ἀδόλως φυλάττοντες. οὕτω δὲ ἐχόντων τούτων,
ὅμως ἐς τοσαύτην ἄνοιαν ἐξεπτώκεσαν, ὥστε συμπεπεῖ- Cod. 319
σθαι σαφῶς καὶ ἀμάχως τοὺς δοκοῦντας νοῦν ἔχειν, ὅτι
Χριστιανοί τέ εἰσι καὶ πάσαις ταῖς τελεταῖς ἀνέχοντες.

μζ'. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἐς τοῦτο ἤδη A. C. 379
συνέπεσεν ἅπαντα καὶ περιηνέχθη κατά τινα βίαν ἀπαραίτη- Ind. 7
τον καὶ ἀνάγκην ἀνυπόστατον καὶ θεήλατον, ὡς καὶ τὸ τῶν Grat. 12
ὄνων γένος, μὴ ὅτι τῶν ἵππων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλεφάντων Theod. 1
γενέσθαι τιμιώτερον. ὁ μὲν οὖν Μακεδὼν Φίλιππος κα-
ταζευγνύναι μέλλων περὶ ἑσπέραν ἤδη, εἶτα πυθόμενος ὡς
οὐ δυνατὸν, εἰπόντων τῶν κωλυόντων, χιλὸν οὐχ ὑπάρχειν
ἱκανὸν τοῖς ὑποζυγίοις, ἀνέζευξε τοῦτ' εἰπών, ὡς οὐδὲν βα-
σιλέως ἀτυχέστερον, ὃς καὶ πρὸς τὸν τῶν ὄνων καιρὸν ζῆν
ἀναγκάζεται. ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς χρόνος ἐκινδύνευσεν ὅλως ἐπὶ
τοῖς ὄνοις σαλεύειν.

μή'. Τοῦ βασιλέως Γρατιανοῦ τὰ μὲν καθ' ἕκαστον καὶ
ποίός τις ἦν, οὔτε δυνατὸν ἦν περιεργάζεσθαι· τὰ γὰρ ἐν
τοῖς βασιλείοις ἐπικρύπτεται καὶ μάλα στεγανῶς· οὔτε πο-

3. πάτρια N., παρὰ ed. 4. Post φυλ. ins. διετέλουν N. 5. συμπεπεῖσθαι N., συμπεσεῖσθαι ed. 7. ἀνέχοντες B., ἀνέχον cod., ἀνέσχον ed. 18. ὄνοις N., ὅλοις ed.

paenulis et tunicis humum verrere sufficit improbosque esse et existimari. Atque hoc barbari probe scientes in admiratione apud Romanos esse, decipiendi causa factitabant. Geteroquin sacra patria praeclare incorrupteque firmissimoque silentio tecta apud se custodiebant. Quae quum ita se haberent, nihilominus nostri in tantum dementiae venerunt, ut cordati quoque homines manifeste et indubitate in eandem sententiam conspiraverint; quod illi scilicet Christiani essent atque omnibus mysteriis imbuti.

47. Theodosio imperante adeo res omnes insuperabili vi et divina necessitate circumferebantur, ut asinorum quoque genus elephantis, nedum equis pretiosius esset. Macedo quidem Philippus sub vesperam e castris moturus, quum id fieri non posse audisset, quia pabulum, ut monebant, iumentis idoneum non aderat, rex nihilominus perstitit, aitque nihil esse rege infelicius, qui iumentorum quoque commoditatibus vitam suam conformare deberet. Nostra vero aetate rerum summa in asinis posita esse videbatur.

48. Caesar Gratianus cuiusmodi in singulis rebus esset, scrutari altius nemo poterat. Etenim quae intra regia septa fiunt, ea celantur studiosissime neque in notitiam curiosorum veniunt. Ru-

λυπραγμοσύνῃ συμμαθεῖν· τὰ γὰρ ἀπαγγελλόμενα παρ' ἑκάστου, πολλὰς καὶ πολυμόρφους τὰς διαφορὰς ἔχοντα, μόνην τὴν ἀλήθειαν ὥσπερ τινὰ θησαυρὸν ἀπόῤῥητον οὐ διε-
B. 280 γύμνου καὶ ἀπεκάλυπτεν. ὥσπερ οὖν τοῖς γράφουσι τὰς εἰκόνας καὶ τὸ δοθὲν παράδειγμα χαρακτηρίζουσιν ἐπιτείνει τὴν περὶ πρόσωπον ὁμοιότητα μικρά τινα τῶν ὑποκειμένων συμβόλων, καὶ ἡ ῥυτὶς ἐπὶ τοῦ μετώπου διαπεχαραγμένη, ἤ τις ὄνθος παρανατέλλων παρὰ τὸ γένειον, ἢ τοιοῦτό τι μικρὸν καὶ παρημελημένον τῶν κατὰ τὴν ὄψιν, ὃ παροφθὲν μὲν οὐχ ὑπογράφει τὸ εἶδος, ἀκριβωθὲν δὲ μόνον αἴτιον τῆς ὁμοιότητος γένεται, οὕτως ἔξεστι καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ βασιλέως συλλαμβάνειν οἷός τις ἦν, νέος τε ὢν καὶ ἐν ἐξουσίᾳ βασιλικῇ τραφεὶς ἐκ παιδὸς, καὶ μὴ μεμαθηκὼς οἷον τὸ ἄρχειν καὶ οἷον τὸ ἀρχόμενον· τοῦτο γὰρ μάλιστα διαφαίνει τὸ τῆς φύσεως μέγεθος, ὅταν τὴν προτεθεῖσαν ἀγωγὴν καὶ συνήθειαν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξώσῃ καὶ βιάσηται. ἔξεστι δὲ μαθεῖν ἐκ τῶν ὑποκειμένων παραδειγμάτων, εἰς ἃ συνωμολόγουν ἅπαντες καὶ ἀντέλεγεν οὐδὲ εἷς τῶν λέγειν συνειθισμένων καὶ τὸν κοινὸν φλήναφον ἠσκηκότων.

A. C. 388 Ind. 1 Theod. 10 Cod. 32 μθ'. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μαξίμου στασιάσαντος καὶ βαρβάρων κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατευσάντων, φήμη κατέσχε τοὺς βαρβάρους, ὡς οἱ Ῥωμαῖοι στρατὸν ὅτι πλεῖστον

1. ἐπαγγελλόμενα ed. 21. κατέσχετο ed.

mores autem, quos singillatim homines serunt, ii quum varie multumque inter se differant, simplicem veritatem ceu thesaurum quendam arcanum neque nudant neque revelant. Sicuti vero accidit, cum aliquis iconas pingit propositumque archetypon exprimere studet, ut facici similitudinem parvae quaedam res obiectae conficiant, nempe vel insignis in fronte ruga, vel prominens in barba pilus, vel aliud eiusmodi, quod ceteroquin in facie negligi solet; id inquam, si praetermittatur, imago non fit iconica; sin accurate observetur, vel id solum facici similitudinem effectam dabit: sic etiam quodnam principis huius ingenium fuerit, coniecturis adsequi opus erit, qui sane et iuvenis, et in regia dignitate a pueritia educatus fuit, neque regnandi artem neque obediendi noverat. Id enim vel maxime naturae praestantiam declarare solet, si quis nimirum e consueto communique more in melius quiddam vi sua progreditur. Rem porro e subiectis exemplis cognoscere licebit, quae cuncti fatebantur, nemine contradicente; nemine, inquam, vel ex iis, qui publice nugandi morem prae se ferebant.

49. Theodosio imperante, quum Maximus rebellaret, et praeterea barbari Romanos bello appeterent, fama inter barbaros manabat, quod reapse Romani ingentes copias contraherent. Quare

συλλέγουσι. καὶ συλλογισάμενοι τὸ δεινὸν οἱ βάρβαροι ἐπὶ A. C. 388
τὸ σύνηθες ἀνέδραμον σόφισμα, καὶ κατέδυσαν ἐπὶ τὰς Ind. 1
Μακεδονικὰς λίμνας. καὶ συμφανές γε ἅπασι κατέστη, ὡς Theod. 10
ἡ Ῥωμαίων βασιλεία, τρυφὴν μὲν ἀρνουμένη πόλεμον δὲ
διώρουμένη, οὐδὲν ἀφίησι τῆς γῆς ἀνήκοον καὶ ἀδούλωτον,
ἀλλὰ δεινόν γέ τι χρῆμα ταῖς τῶν ἀνθρώπων φύσεσιν ὁ Θε- R. 28
ὸς ἐγκατέμιξεν, ὥσπερ τοῖς ὀστακοῖς τὴν ἐπικίνδυνον χολὴν
καὶ τοῖς ῥόδοις ἀκάνθας, οὕτω καὶ ταῖς ἐξουσίαις συγκατασπεί-
ρας τὴν ἡδονὴν καὶ ῥᾳθυμίαν, δι' ἣν, πάντα ἐξὸν εἰς μίαν
μεταστῆσαι πολιτείαν καὶ συνορμίσαι τὸ ἀνθρώπινον, αἱ βα-
σιλεῖαι τὸ θνητὸν σκοποῦσαι πρὸς τὸ ἡδὺ καταφέρονται,
τὸ τῆς δόξης ἀθάνατον οὐκ ἐξετάζουσαι καὶ παρεκλέγουσαι.

ν'. Ὅτι ὀλισθηρὸν, ὡς ἔοικε, καὶ σφαλερώτερον ἄνθρω- A. C. 392
πος πρὸς τιμὴν ἢ συμφοράν. θεραπεύσαντες γὰρ τὸν Τα- Ind. 5
τιανὸν οἱ περὶ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον, τιμάς τε ὑπερφυεῖς Theod. 14
ἐκ τοῦ βασιλέως καὶ μεταγνώσεις ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἐν-
σπόνδους ποιησάμενοι, καὶ περὶ τῶν μελλόντων οὐρανομήκεις
ἐλπίδας ὑποτείναντες, τοῦτον παρέπεισαν ἀγαγεῖν τὸν υἱὸν αὐ-
τοῦ Πρόκλον τοὔνομα· ὃν εἰς τὸ δεσμωτήριον συνέκλεισαν,
καὶ τὸν Τατιανὸν ἐπὶ Λυκίας ἀπέπεμψαν τοῦ παιδὸς χηρώ-
σαντες.

να'. Συμποσίου δὲ προτεθέντος αὐτοῖς παρὰ τοῦ βα-
σιλέως ἁδροτέρου καὶ πολυτελεστέρου, τὴν παροιμίαν ἀπέ-

18. ὑποσείραντες ed. 22. Hoc fragmentum uberius legitur in Exc. de legatt. c. 7.

periculum reputantes barbari ad consuetum sibi strategema confugerunt, in paludibus nempe Macedonicis semet abdiderunt. Prorsus autem cunctis innotuit, Romanum imperium, si, deliciis repudiatis, bellum meditetur, nullam terrarum partem indomitam ac liberam relicturum. Sed enim grave quoddam humanae naturae deus commiscuit infortunium; nam veluti cancris periculosam bilem, rosis spinas, ita in potestatibus voluptatem desidiamque ingeneravit. Quare quum fieri posset, ut universum hominum genus ad unum corpus rei publicae revocaretur; imperia interim caducae rei studiosa voluptatem consectantur, neque id exquirunt, quod immortale est, neque praeoptant.

50. Videtur homo facilius honore subverti ac decipi, quam calamitate. Ecce enim Theodosii imperatoris administri dum Tatiano aulicos sine modo honores et praeteriti temporis oblivionem spondent, atque infinitas in futurum spes ostendunt, persuaserunt illi, ut filium Proculum adduceret; quo protinus in carcerem conjecto, Tatianum in Lyciam filio orbatum relegaverunt.

51. Quumque illis aliquando ab imperatore largius ac sum-

A. C. 392 Ind. 5 Theod. 14 δειξαν ἀληθινὴν λέγουσαν· „οἶνος καὶ ἀλήθεια τοῦ Διονύσου.“ διὸ καὶ τὸν θεὸν εἰκότως Λυαῖον καλοῦσιν, ὡς οὐ μόνον διαλύοντα τὰς λύπας, ἀλλὰ καὶ τὸ στεγανὸν τῶν ἀπορρήτων διαχέοντα καὶ διακαλύπτοντα. καὶ τότε ῥήξαντος αὐτοῖς παρὰ πότον τὴν βουλὴν, διαλύεται τὸ συμπόσιον ἀτάκτως.

A. C. 395 Ind. 8 Honor. et Arcad. 1 R. 282 νβ'. Ὅτι οἱ παῖδες Θεοδοσίου ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔστησαν. εἰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, ὅπερ ἐστὶ σκοπὸς ἱστορίας, προστιθέναι δεῖ τοῖς γεγενημένοις, τὸ μὲν ὄνομα ἦν τῶν βασιλέων, τὸ δὲ ἔργον τῶν μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν Ῥουφίνου, τὰ δὲ ἑσπέρια Στελίχωνος εἰς ἅπασαν ἐξουσίαν· οὕτω γοῦν οἱ μὲν βασιλεῖς ἐπετάττοντο παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων τὰς ἀρχὰς, οἱ δὲ ἐπιτροπεύοντες ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν ὥσπερ βασιλεύοντες, φανερῶς μὲν οὐκ ἐναντίας χεῖρας καὶ ὅπλα ἀράμενοι, κρύφα δὲ ἀπάτης καὶ δόλου μηδὲν ὑπολείποντες· διὰ γὰρ μαλακίαν καὶ ἀσθένειαν ψυχῆς τὸ διέρπον καὶ ὕπουλον τῶν μηχανημάτων αὐτοῖς ὡς ἀνδρεῖον ...

* * *

A. C. 396 Ind. 9 Arcad. 2 Cod. 79 νγ'. ... ρασε καθάπερ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν διενεχθὲν, καὶ κατὰ τοῦτον ἐς ἀνθρώπινα. ὁ μὲν οὖν Βάργος τὴν ἀρχὴν πιστευθεὶς παρὰ τοῦ εὐνούχου ἐξῆει μάλα φαιδρὸς καὶ γεγηθὼς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ὡς ἂν ἀρχὰς ὑποθησό-

17. Desiderantur paginae duae. 22. ὑποσθησόμενος ed.

tuosius convivium fuisset exhibitum, verax patuit proverbium illud, Bacchi vinum et veritas. Quare et hoc numen congruenter Liberum appellant, quia non solum moeroribus liberat, verum etiam mentis arcana dissolvit et aperit. Quare et illorum quum inter pocula consilia revelasset, convivium turbulenter dissolutum est.

52. Liberi Theodosii imperium patrium obtinebant. Verumtamen si veritas, quod est praecipuum historiae propositum, dicenda est; illi quidem nomine tenus reges erant, reapse autem in oriente Rufinus, in occidente Stelicho, summam rerum potestatem habebant. Sic ergo imperatores quidem a curatoribus suis regebantur; ipsi vero curatores perpetuum inter se, regum instar, bellum gerebant; non ita equidem, ut publice manus et arma invicem inferrent, clam tamen nulli fraudi doloque parcebant. Propter suum enim corruptum ignavumque animum quidquid erat subdoli fallacisque artificii, pro virili facinore *habebant* . . .

* * *

53. . . . tamquam coelo in terram adeoque inter homines demissum. Bargus itaque ab eunucho promotus, magno gestiens gaudio dignitatem occupavit; quippe qui et alia sibi rursus munera animo suo despondebat; coepitque non sine multo corruptorum mili-

μενος ἑαυτῷ τινας πάλιν, καὶ μετὰ πολλῶν καὶ διεφθαρμέ- A. C. 396
των στρατιωτῶν, πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς εὐεργέταις· τῷ γὰρ Ind. 9
περιόντι τῆς τόλμης καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐγχειρουμένων πολ- Arcad. 2
λοὺς ἤδη περιπεφευγὼς κινδύνους, ἐς τὸ ἀκίνδυνον ἤδη R. 283
πρὸς ἅπαντας καὶ λίαν εὐτυχὲς τὴν τόλμαν ἐξεβιάζετο. συν-
ετώτερος δὲ ὢν κατὰ πόδας ἤει πρὸς τὴν ἐπιβουλήν. καὶ
δῆτα γυνὴ συνῴκει τῷ Βάργῳ· ταύτην διὰ καθειμένων ἀν-
θρώπων πάλαι πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν λεγόμενον ἀλλοτρίως
ἔχουσαν, διά τινος ἠρτυμένης καὶ συνεσκιασμένης ἐπιβουλῆς,
ἐπὶ τὸν ἄνδρα ὥσπερ ἔχιδναν νωθρὰν καὶ ὑπὸ κρύους κατε-
ψυγμένην ταῖς ὑποκειμέναις ἐπαγγελίαις ἀνέστησαν καὶ ὤρ-
θωσαν. καὶ τέλος φυγὼν καὶ συλληφθεὶς τὴν τῶν ἀχαρί-
στων ὑπέσχε δίκην. καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν μανικώτατον καὶ τὸν
εὐνοῦχον φρονιμώτατον ἔκειτο μαρτυρῶν, ἡλίκον ἐστὶ τὸ
τῆς ἀχαριστίας παρὰ θεῷ ἔγκλημα.

νδ'. Ὅτι ὁ εὐνοῦχος τοῦτον τοσοῦτον ὄντα καὶ τηλι-
κοῦτον ἐκβαλὼν τοῦ βίου, εὐνοῦχος ἄνδρα καὶ δοῦλος ὕπα-
τον καὶ θαλαμηπόλος τὸν ἐπὶ τοῖς στρατοπέδοις γεγενη-
μένον, μέγα δή τι καὶ ὑπὲρ ἄνδρας ἐφρόνει· καὶ μή τίς
γε τὸ Ἀβουνδαντίου πάθος, κἀκείνου τελέσαντος εἰς ὑπά-
τους ...

νε'. Ἀπίθανον μὲν γὰρ τὸ γραφόμενον· πλὴν εἴ τις

3. περιόντι N., προϊόντι ed. 5. ἅπαντα N. 6. Post ὢν N. ins. ὁ εὐνοῦχος. 9. ἠρτημένης καὶ συσκιασμένης ed. 14. φρον. ἀποδείξας ἔκειτο N.

tum numero benefactores suos oppugnare. Nam qui crescente in dies audacia sua ac magnitudine suorum facinorum compluribus periculis iam evaserat, tutum se ac per omnia felicem prorsus existimabat: sed tamen, utpote callidus, vestigia quaedam persequens ad instruendas insidias properabat. Porro autem Bargo concubina quaedam erat; quam huic iampridem iratam, artificiosa ac latente fraude, adversus Bargum tamquam colubrum torpidum geluque rigentem praemiis propositis concitaverunt. Quare Bargus postremo fugam moliens et comprehensus, ingrati animi sui poenas luit. Et hic quidem insanissimum se, eunuchum vero prudentissimum, ostendit; documentoque fuit, quam Deo invisum sit ingrati animi crimen.

54. Eunuchus postquam talem tantumque hominem vita spoliaverat, spado scilicet virum, servus consulem, cubicularius minister versatum in castris militem, magnos spiritus et virili sexu maiores sumpserat. Neque opus est, ut quisquam Abundantii calamitatem, qui et ipse consul fuerat . . .

55. Incredibilis enim narratio est; sed tamen, si quispiam alius in eodem argumento versari potest, is mihi mirus erit, atque ob

R. 284 ἕτερος αὐτὰ γράφειν ἱκανός ἐστι, θαυμάζω αὐτὸν ἔγωγε, καὶ ἀνδρεῖος ἀποφαινέσθω μοι τῆς ἀνεξικακίας χάριν. ἀλλ' εἰκὸς μὲν τοὺς τὰ ἀκριβέστερα γράψαντας κατὰ χρόνους καὶ κατὰ ἄνδρας προσποιουμένους ἀσφαλῶς τι λέγειν, ἕς τε χάριν καὶ ἀπέχθειαν ἅμα φέρειν τὴν συγγραφήν· τῷ δὲ ταῦτα γράφοντι οὐ πρὸς ταῦτα ἔφερεν ἡ ὁδὸς, ἀλλ' ὡς ὅτι μάλιστα ἀνατρέχοι καὶ στηρίζοιτο πρὸς ἀλήθειαν. ἐπεὶ καὶ κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους ἤκουον καὶ συνεπυνθανόμην, ὡς ὅ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα γράφουσιν ἱστορίαν· οὓς ἐγὼ οὔ τι νεμεσητὸν λέγω, ἀλλὰ ἐπίσταμαί γε σαφῶς ἄνδρας ἀγερώχους τε καὶ σκιρτῶντας καὶ ἀληθείας τοσοῦτον ἀφεστηκότας, ὅσον ἐντὸς εἶναι ἀναγωγίας. καὶ οὐκ ἐκείνοις μέμφομαι, τῆς δὲ ἀν-
Cod. 80 θρωπίνης κρίσεως τὸ λίαν ἀκρατὲς καὶ ὁλισθηρὸν καταμέμφομαι, ὅτι θελγόμενοι καὶ καταγοητευόμενοι τὸ καθ' ἕκαστον, ἂν ὀνόματος μνησθῇ τις περιττοῦ καὶ τοῖς πολλοῖς γνωρίμου, καί τι τῶν περὶ τὴν αὐλὴν τὴν βασιλικὴν ἀκριβέστερον ὑπορύξαντες ἐξενέγκωσιν εἰς τοὺς πολλοὺς, τόν τε κροτοθόρυβον ἔχουσιν ὡς ἀληθῆ λέγοντες καὶ πάντα εἰδότες, καὶ πολὺς περὶ αὐτοὺς ὁ συνθέων ὅμιλος, μαρτυροῦντες ῥᾳδίως, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς συγγραφῆς εἰς τόδε συμβιασάμενοι καὶ κατατείναντες, ὡς ἄρα †τοῦτο ἐς αἰθέριον καὶ οὐρανόμηκες, ὅπερ αὐτοὶ διὰ βίου τινὲς χλιδὴν * ἴδωσι καὶ ἁπλότητα χαυνότερον ἐπαινοῦντες, ἐς τὸ πιστευόμενον καὶ δημῶδες συνάγουσι καὶ καταβιάζονται.

9. οὔ τι Maius, οὐσι cod. 22. ἐς] ἐστὶν coni. N.

suam patientiam fortis videbitur. Sed nimirum par fuit, eos, qui accuratius de temporibus et de hominibus egerunt, ut impune dicere possent, ad gratiam et odium historiam suam pariter flexisse. Verumtamen is, qui hacc scribit, diversam plane viam institit, nihilque ei antiquius fuit, quam ut veritatem sequeretur et confirmaret. Sane et hac tempestate audio a nonnullis historiam scribi: quos ego (nihil stomachosius dicam) et protervos homines esse novi et lascivientes, tantumque a veritate remotos, quantum inscitiae proximos. Neque ego illos accuso; sed illam non fero humani iudicii libidinem ac proclivitatem, qua permulsi atque decepti simul ac nomen aliquod paulo illustrius insonuit multisque famigeratum, tum siquid ex aula regia accuratius eruerint, id continuo in vulgus differunt, et magno strepitu se iactant, quasi vera narrent et omnia norint. Plurima vero circa hos turba hominum versatur, qui facile dictis testimonium dant; quique historiae virtutem in hoc verti eoque redigi putant, ut illud mirificum ac coeleste esse dicatur, quod ipsi pro vitae suae mollitia ac futili simplicitate laudant atque in publicam fidem vi

ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἀπίθανόν πως εἴρηται, πολλά τε αὐτοῦ τερατωδέστερα καὶ μυθωδέστερα προστέθειται, καὶ ἅπαντα ἦν τῆς ἡλιακῆς κινήσεως ἀληθέστερα· μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς ὁ ἥλιος τοῖς εἰρημένοις. καὶ ῥηθήσεταί γε ἴσως ἕτερα τοιούτων πολυπλανέστερα καὶ βαθυπλοκώτερα πρὸς ἀπιστίαν· ἀλλ' ἐξαγγέλλει γε αὐτὰ ἡ συγγραφὴ μετριώτερον καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῶν λεγομένων καὶ ὅτι γε φίλος θεὸς καὶ φίλη ἀλήθεια. ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅστις γίνομαι ταῦτα γράφων· πολὺ γὰρ τὸ φροντίζειν ἀληθείας· ἀλλ' ὅγε τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθῶν καὶ πειθόμενος ἀκρίβειάν τε προσκυνήσει καὶ ἀλήθειαν. R. 285

νς'. Ὅτι κατὰ τοὺς χρόνους Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου τῶν μὲν περὶ τὴν ἑσπέραν οὐδὲν ἀκριβῶς γράφειν [ἐξῆν] εἰς ἐξήγησιν. τό,τε γὰρ διάστημα τοῦ πλοῦ καὶ μῆκος μακρὰς ἐποίει τὰς ἀγγελίας καὶ διεφθαρμένας ὑπὸ χρόνου, καθάπερ ἐς χρόνιον καὶ παρέλκουσάν τινα νόσον μεταβεβλημένας· οἵ τε πλανώμενοι καὶ στρατευόμενοι εἰ μέν τινες ἦσαν τῶν περὶ τὰ κοινὰ καὶ δυναμένων εἰδέναι, πρὸς χάριν καὶ ἀπέχθειαν καὶ τὰ καθ' ἡδονὴν ἕκαστος κατὰ βούλησιν ἀπέστειλεν. εἰ γοῦν τις αὐτῶν συνήγαγε τρεῖς ἢ τέσσαρας τἀναντία λέγοντας ὥσπερ μάρτυρας, πολὺ τὸ παγκράτιον ἦν τῶν λόγων καὶ ὁ πόλεμος ἐν χερσὶν, ἀρχὰς λαβὼν ἀπὸ ῥηματίων καὶ *συγκεκαυμένων. ταῦτα δὲ ἦν· „σὺ πόθεν ταῦ-

3. δὲ αὐτοῖς] τε αὐτὸς B. 4. γε] μὲν B. 13. ἐξῆν ins. N. 17. πλανώμενοι N., πλαττόμ. ed. 19. κατὰ] καὶ B. 20. ἐπέστειλεν coni. B.

pertrahunt. Age vero etiamsi incredibilia forte narrentur, nihilominus alia praesto sunt portentosiora adhuc et fabulosiora, quae tamen solari motu veriora dicuntur. Testis autem dictorum sol. Et quidem alia fortasse dicentur his adhuc falsiora atque ab obtinenda fide remotiora, verumtamen nostra historia, ut decet, ea exponet, idque propter illud effatum: Amicus Deus, et amica veritas. Verum ignoro, quidnam mihi talia eventurum sit scribenti. Grave enim negotium est cura veritatis. Sed tamen qui scriptis meis mentem fidemque adhibuerit, is diligentiam veritatemque sectabitur.

5 τῷ ἀφιερῶσθαι· εἶτα ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ δέχεται γράμμα ἐπιτρέπον αὐτῷ ἀναλαβεῖν τὰ μηνυθέντα. ἀνορυχθέντος τοίνυν τοῦ τόπου εὑρίσκονται τρεῖς ἀνδριάντες δι' ὅλου ἔξ ἀργύρου πεποιημένοι, ἐν σχήματι βαρβαρικῷ κατακείμενοι, καὶ ἐξηγκωνισμένοι κατ' ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, ἐν-
10 δεδυμένοι δὲ βάρβαρον πεποικιλμένην ἐσθῆτα, καὶ κομῶντες τὰς κεφαλὰς, νεύοντες ἐπὶ τὸ ἀρκτῷον μέρος, τουτέστι κατὰ
B τοῦ βαρβαρικοῦ χώρου. ὧν ἀνδριάντων ἀναληφθέντων, πάραυτα καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας πρῶτον μὲν τὸ τῶν Γότθων ἔθνος πᾶσαν ἐπιτρέχει τὴν Θράκην· ἔμελλε δὲ μικρὸν ὕστερον καὶ
15 τὸ τῶν Οὔννων, καὶ τὸ τῶν Σαρματῶν καταβραμεῖσθαι τότε τὸ Ἰλλυρικὸν καὶ αὐτὴν τὴν Θράκην. ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε Θράκης καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ κατέκειτο τὰ τῆς τελετῆς· καὶ ἐφίκει τῶν τριῶν ἀνδριάντων ὁ ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τετελέσθαι βαρβάρου.

Ὅτι ὁ ἱστορικὸς περὶ τοῦ οἰκείου διαλαμβάνων διάπλου, πολλὰ παθεῖν καὶ δυστυχῆσαί φησι. λέγει δὲ καὶ εἰς
C τὰς Ἀθήνας κατᾶραι, καὶ τῇ αὐτοῦ σπουδῇ καὶ ἐπιμελείᾳ
V. 150 εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι Λεόντιον οὔπω

inquit, Imperatoris temporibus, praefecto in Thracia Valerio, indicium factum thesauri reperiundi. Valerius vero ad locum accedens, sacrum illum esse religione ex incolis cognovit, et antiquo ritu statuas ibidem consecratas. Retulit haec ad Imperatorem, rescriptumque accepit, quo iubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidae ex argento fabricatae repertae sunt statuae, specie barbarica sitae, et utroque brachio ansato, veste praeterea variegata barbarico ritu indutae, et comam capite gestantes atque in septentrionem, quae barbarorum regio est, obversae. Quae simulatque statuae sublatae sunt, paucos post dies Gothorum primum gens universam incurrit Thraciam, futuraeque post paulo erant Hunnorum ac Sarmatarum incursiones in Illyricum et ipsam Thraciam: uti Thraciam inter et Illyricum sita sunt haec consecrationis loca, et trium statuarum numerus adversus omnes gentes barbaras inauguratus videbatur."

De sua scriptor hic navigatione refert, multa se adversa pertulisse. Athenas quoque appulisse tradit, suoque studio et cura ad sophisticam etiam sedem evectum Leontium, tametsi id ille nequaquam vellet. Sed et de pallio sophistico memoriae prodidit, nemi-

ἐθέλοντα. λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ τρίβωνος, ὡς οὐκ ἔξῆν κατὰ τὰς Ἀθήνας περιβαλέσθαι αὐτόν τινα, καὶ μάλιστα ξένον, ᾧ μὴ τῶν σοφιστῶν ἡ γνώμη ἐπέτρεπε, καὶ αἱ κατὰ τοὺς σοφιστικοὺς νόμους τελεταὶ ἐβεβαίουν τὸ ἄξίωμα. ἦν δὲ τὰ τελούμενα τοιαῦτα. πρῶτον μὲν κατήγοντο ἐπὶ τὸ δημόσιον βαλανεῖον ὅσοι νεήλυδες, ἄν τε μικροὶ, ἄν τε μεγάλοι. ἐξ ὧν καὶ οἱ πρὸς τὸν τρίβωνα ἐπιτήδειοι ἡλικίας ἤδη καιροῦ γεγονότες· οὓς εἰς μέσον ἔβαλλον οἱ κατάγοντες σχολαστικοί. εἶτα τῶν μὲν ἔμπροσθεν τρεχόντων καὶ κωλυόντων, τῶν δὲ ὠθούντων καὶ ἐπεχόντων, πάντων δὲ τῶν κωλυόντων ταῦτα βοώντων· „στᾶ, στᾶ, οὐ λούει," κατακρατεῖν δῆθεν τοῦ ἀγῶνος ἐδόκουν οἱ ἀντωθοῦντες εἰς τιμὴν τοῦ καταγομένου σχο- D
λαστικοῦ. ὅστις μετὰ πολλὴν ὥραν στάσεως πολλῆς ἐπὶ τοῖς προαχθεῖσιν ἐθίμοις ῥήμασι προγενομένης, εἰσάγεται εἰς τὸν θερμὸν οἶκον καὶ ἀπολούεται. εἶτα ἐνδυσάμενος ἐδέχετο τὴν τοῦ τρίβωνος ἐξουσίαν, καὶ αὐτόθεν μετὰ τοῦ τρίβωνος ἐκ τοῦ βαλανείου ἐντίμῳ καὶ περιδόξῳ δορυφορούμενος πομπῇ ἀπῄει, δαπάνας ἐπιγνοὺς φανερὰς εἰς τοὺς τῶν διατριβῶν προστάτας, τοὺς λεγομένους Ἀκρωμίτας.

Ὅτι οἱ Οὐάνδαλοι τοὺς Γότθους Τρούλους καλοῦσι, διὰ τὸ λιμῷ πιεζομένους αὐτοὺς τροῦλαν σίτου παρὰ τῶν Οὐανδάλων ἀγοράζειν ἑνὸς χρυσίνου. ἡ δὲ τροῦλα οὐδὲ τρίτον P. 11
ξέστου χωρεῖ.

ni, praesertim vero extero homini, Athenis id gestare licuisse: nisi sophistarum suffragio eius gestatio illi concessa, dignitasque ista sophistarum legum ritibus esset confirmata. Ritus autem, qui peragebantur, tales erant. Primum ad publicum balneum deducebantur qui novitii advenissent, sive parvi, sive grandiores, atque inter hos etiam ii, qui per aetatem ad pallium sumendum apti erant, quos in medium protrudebant scholastici, a quibus deducebantur, deinde aliis praecurrentibus atque prohibentibus, aliis protrudentibus et contra tendentibus: quotquot autem prohibebant vociferantibus: „Sta, sta, non lavat:" nihilominus tamen in certamine ii videbantur obtinere, qui in honorem scholastici, quem deducebant, obsistentes retrudebant. Tandem post longam moram multamque ob illata ex more ultro citroque verba contentionem is, qui deducitur, in calidam cellam inducitur, ibique abluitur. At postquam se induit, pallii dignitatem accipit, atque exinde cum pallio e balneo, celebri et honorifica stipatus pompa, digreditur, decretis luculentis sumptibus in scholarum antistites, qui dicuntur Acromitae.

Vandali Gothos appellant Trulos, propterea quod hi enecti aliquando fame, tritici trulam a Vandalis aureo uno redimerent. Trula vero nondum tertiam sextarii partem capit.

ὑπὸ ὀρνέων ὁρᾶσθαι συμβαίνει πολλάκις ἰχθῦς φερομένους καὶ ἰχθύων ἄλλοτε λείψανα, ὡς ἐντεῦθεν εἰκάζεσθαι, μὴ πολὺ πόρρω εἶναι τὴν θάλασσαν. φησὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐκ τῆς πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἔλκειν τὸ γένος.

A. C. 417 Ind. 15 Honor. 23 Ὅτι ὕπατος ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος προελθὼν τὸ ἐνδέκατον καὶ σὺν αὐτῷ Κωνστάντιος τὸ δεύτερον, τὸν Πλακιδίας γάμον ἐπιτελοῦσιν, ἐφ' ᾧ πολλὰ μὲν αὐτὴ ἀνανεύουσα, Κωνστάντιον παρεσκεύασε κατὰ τῶν αὐτῆς ὀργίζεσθαι θεραπόντων. τέλος ἐν τῇ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπὸ χειρὸς ταύτην ὁ βασιλεὺς καὶ ἀδελφὸς Ὀνώριος ἄκουσαν λαβὼν, ἐγχειρίζει παραδιδοὺς Κωνσταντίῳ. καὶ ἐπιτελεῖται εἰς τὸ λαμπρότατον ὁ γάμος. εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίκτεται, ἣν ὀνομάζουσι Ὀνωρίαν, καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Οὐαλεντινιανός· ὃς ζῶντος μὲν Ὀνωρίου νωβελίσσιμος γίνεται, βιασαμένης τῆς Πλακιδίας τὸν ἀδελφόν· μετὰ δὲ θάνατον τοῦ βασιλέως, καὶ ἔτι μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυραννήσαντος Ἰωάννου, καὶ Ῥώμης βασιλεὺς ἀποδείκνυται. ὁ δὲ Κωνστάντιος συμβασιλεύει τῷ Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδόν τι ἄκοντος. χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγούστα, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς χειροτονησάντων. εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδόσιον, ὃς ἀδελφιδοῦς ὢν Ὀνωρίου, τῶν πρὸς ἕω μερῶν ἐβασίλευσεν, ἡ ἀνάρρησις μηνυομένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδεκτος. ἐφίσταται νόσος Κωνσταντίῳ, καὶ μετέμελεν αὐτῷ ἡ βασιλεία, ὅτι

ab avibus eo delati visantur, aut certe arrosorum piscium reliquiae: ut inde coniectare liceat, non admodum longe abesse mare. Ait autem, et Homerum ex vicina huic Thebaide genus ducere.

Honorius Augustus undecimum et Constantius iterum consules creati, Placidiae nuptias conciliant. Sed has ipsa nuptias cum vehementer detrectaret, effecit, ut ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso, quo consulatum iniit die, manu ipsam arreptam Honorius Imperator, frater eius, invitam Constantio in manum tradit, nuptiaeque splendide celebrantur. Hinc nata filia, quam Honoriam nominarunt: filius item, cui Valentiniano nomen datum, qui superstite etiamnum Honorio Nobilissimus dictus, impellente fratrem Placidia. Quin et mortuo Honorio, disiectaque Ioannis tyrannide, Romanorum idem Augustus creatus est Constantius vero Honorii in augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre et marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii Imperatoris electione nuntius mittitur, minimeque receptus est. Hinc

Ἐφθαλιτῶν βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ τὸ γένος ἔσχε τὴν κλῆσιν, Περόζην καὶ Πέρσας νικήσαντος, ἀφῃρέθησαν μὲν τούτων οἱ Πέρσαι, δεσπόται δὲ κατέστησαν Ἐφθαλῖται. οὓς μικρῷ ὕστερον μάχῃ νικήσαντες Τοῦρκοι ἀφεῖλον ἐξ αὐτῶν καὶ ταῦτα. Ἰουστῖνος δὲ Ζήμαρχον ἐς τοὺς Τούρκους πρέσβιν ἀπέστειλεν, ὃς καὶ λαμπρῶς ἐστιάσας τε τοὺς Τούρκους, καὶ ἐς τὰ μάλιστα φιλοφρονηθεὶς, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανῆει. διὸ καὶ ὁ Χοσρόης ἐπ' Αἰθίοπας, φίλους ὄντας Ῥωμαίοις, τοὺς πάλαι μὲν Μακροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, ἐστράτευσε· καὶ τόν τε βασιλέα τῶν Ὁμηριτῶν Σανατούρκην διὰ Μιράνους τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ ἐζώγρησε, τήν τε πόλιν αὐτῶν ἐξεπόρθησε, καὶ τὸ ἔθνος παρεστήσατο. διέξεισι δὲ καὶ ὅπως Ἀρμένιοι ὑπὸ Σουρήνου κακούμενοι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν εὐσέβειαν, τόν τε Σουρήναν ὁμοφρονήσαντες διὰ Οὐαρδάνου, οὗ τὸν ἀδελφὸν Μανουὴλ ἐτύγχανεν ἀνελὼν, καὶ δι' ἑτέρου τινὸς Οὐάρδου ἀνεῖλον, καὶ Περσῶν ἀποστάντες Ῥωμαίοις προσεχώρησαν, τὸ Δούβιος τὸ πόλισμα, ἐν ᾧ κατῴκουν, ἀπολιπόντες, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἤθη γενόμενοι. καὶ τοῦτο μάλιστα γέγονε τῆς τῶν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους σπονδῶν καταλύσεως αἴτιον. ἀπέστησαν δὲ παραυτίκα καὶ Ἴβηρες, καὶ προσεχώρησαν Ῥωμαίοις, Γοργένους αὐτῶν ἡγεμονεύοντος. ἦν δὲ τῶν Ἰβήρων τότε ἡ Τίφιλις μητρόπολις.

Ὅτι Μαρκιανὸς ὁ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως ἐξάδελ-

rex, a quo et appellationem universum genus traxit, Perozen et Persas cum vicisset, submoti his locis Persae, rerum vero potiti sunt Ephthalitae: quos post paulo Turci proelio superantes, his etiam finibus pepulerunt. Iustinus Zemarchum ad Turcos legatum misit: qui et publice eos epulis excipiens, omnique adeo officii genere exceptus Constantinopolim remissus est. Quamobrem etiam Chosroës in Aethiopas, amicos populi Romani, olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos, expeditionem suscepit, regemque Homeritarum, Sanaturcen, opera Meranis, Persarum ducis, vivum cepit, urbeque eorum direpta, incolas subiugavit. Armenii a Surena male accepti, maxime in pietatis religionisque negotio, Surenam, coniuratione facta per Vardanum, cuius fratrem Manuelem ille interfecerat, et alium quendam Vardum occiderunt, et a Persis deficientes ad Romanos transiere, relictoque oppido, quod incolebant, Dubii nomine, in Romanorum regionem commigrarunt, atque haec ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi foederis induciarumque cum Romanis. Desciverunt post hos statim etiam Iberes, et Gorgene ipsos ducente, ad Romanos transierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis tunc erat.

Marcianus, Iustini Imperatoris patruelis, Orientis dux iam re-

τῶν Βλεμμύων, τῆς ἐντυχίας αὐτοῦ· ἐκεῖνοι γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο ἡ φήμη. καὶ ἔλαβόν μέ, φησι, μέχρι αὐτῆς τῆς Τάλμεως, ὥστε κἀκείνους τοὺς χώρους ἱστορῆσαι, διέχοντας ἀπὸ τῶν Φιλῶν διάστημα ἡμερῶν πέντε, μέχρι πόλεως τῆς λεγομένης Πρίμα, ἥτις τὸ παλαιὸν πρώτη πόλις τῆς Θηβαΐδος ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ ἐτύγχανε· διὸ παρὰ τῶν Ῥωμαίων Ῥω-
B μαϊὰ φωνῇ Πρίμα, ἤτοι πρώτη, ὠνομάσθη. καὶ νῦν οὕτω καλεῖται, καίτοι ἐκ πολλοῦ οἰκειωθεῖσα τοῖς βαρβάροις μεθ' ἑτέρων τεσσάρων πόλεων, Φοινικῶνος, Χίριδος, Θάπιδος, Τάλμιδος. παρὰ τούτους τοὺς χώρους φησὶ καὶ σμαράγδου μέ- 10
V. 152 ταλλα εἶναι μαθεῖν, ἐξ ὧν τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν ἡ σμά-
ραγδος ἐπλεόναζε. καὶ ταῦτά, φησιν, οἱ προφῆται τῶν βαρβάρων προὔτρεπόν με θεάσασθαι. ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο δυνατὸν γενέσθαι χωρὶς βασιλικῆς προστάξεως.

A.C. 421 Ind. 4 Honor. 27 C "Οτι Λιβάνιόν τινα τερατολογεῖ, Ἀσιανὸν τὸ γένος, κατὰ τὴν βασιλείαν Ὀνωρίου καὶ Κωνσταντίου ἐπὶ Ῥάβενναν πα-
ραγενέσθαι. ἄκρον δὲ τοῦτον εἶναι τελεστικόν. καὶ δύνασθαι δέ φησι καὶ ὑπισχνεῖσθαι αὐτὸν χωρὶς ὁπλιτῶν καὶ κατὰ βαρβάρων ἐνεργεῖν. εἶτα πεῖραν δούς, φησίν, οὗτος τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τῆς φήμης δραμούσης, ὥστε καὶ Πλακιδίαν τὴν βασιλίδα μαθεῖν, ἀναιρεῖται ὁ τελεστής· ἠπείλει γάρ, φησιν, ἡ Πλακιδία Κωνσταντίῳ χωρισμὸν τοῦ γάμου, εἰ τοῖς ζῶσι περιλίποιτο Λιβάνιος, ἀνὴρ γόης καὶ ἄπιστος.

18. καὶ χ. ὁπλ. κατὰ coni. N. 21. τάλας susp. N.

„Abripuerunt itaque me, ait, ut illas quoque regiones perlustrarem, in ipsam usque Talmin, a Philis quinque dierum intervallo distantem, ad urbem, quae dicitur Prima. Haec olim prima Thebaidis urbs, proxime a barbarico solo aberat, eamque ob causam a Romanis latino vocabulo Prima nominata: quo etiam nunc nomine vocitatur, quamvis longo iam tempore barbari eam sibi vindicarint cum aliis quatuor oppidis, Phoenicone, Chiride, Thapide et Talmide." In hac regione Smaragdi se fodinas reperisse scribit: unde Aegyptiorum regibus olim Smaragdi illa tanta copia suppeditabat. Et haec quidem barbarorum vates inspicere invitabant: verum id sine bona regis venia non licebat.

De Libanio quodam admiranda refert, Asianum genere hunc, Honorio et Constantio Imperatoribus Ravennam venisse, summumque veneficum ac magum fuisse. Dicit enim professum esse, admiranda posse se absque armatis hominibus etiam adversus barbaros patrare. At cum deinde experimentum promissi dedisset, et fama longius manans ad ipsas usque Placidiae aures rumorem detulisset, necatum illum esse: comminante Placidia coniugi Constantio divortium, nisi e vivis tolleretur Libanius praestigiator atque infidelis.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΓΑΖΗΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ ΕΙΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΝ.

PROCOPII ORATORIS URBIS GAZAE PANEGYRICUS IN IMPERATOREM ANASTASIUM.

ARGUMENTUM.

Prooemium (1). *Laudes Epidamni, unde Anastasio origo* (2). *Eius mores, virtutes, educatio* (3. 4). *Fauste imperium capessit* (5. 6). *Vincit Arabes orientis provincias infestantes* (7). *Sui quoque imperii seditiosos populos et praecipue Isauros coërcet, victis deinde parcit* (8 — 10). *Pace aeque ac bello praestat* (11). *Iustissimus et ipse iudex et in eligendis iudicibus iustus* (12). *Crudele chrysargyri vectigal tollit* (13). *Aristidem et Pisistratum aequitate circa vectigalia superat* (14). *Circi spectacula et crudelia et obscoena removet* (15. 16). *Magna eius in singulas urbes beneficia* (17). *Hierapolitanis aqua carentibus aquaeductum aedificat* (18). *Caesareae portum deficientem instaurat* (19). *Alexandriae pharum labantem firmat* (20). *Murum ducit a Ponto Euxino usque ad Propontidem* (21). *Civibus clemens, timendus hostibus, morum emendator* (22). *Ipse moribus castissimis, una coniuge contentus* (23). *Excellentes antiquitatis homines superat omnes, et singulas singulorum virtutes coniungit* (24). *Comparatur cum Cyro* (25), *Agesilao* (26), *Alexandro et Philippo* (27). *Peroratio* (28 — 30).

α'. Ἤδη μὲν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, πᾶσα πόλις ἐπὶ σοὶ φρονοῦσα, καὶ τοῖς σοῖς τροπαίοις ἁβρυνομένη, καὶ τὴν

1. Iam quidem, optime Imperator, tota urbs propter te superbiens, ac tuis tropaeis luxurians, et felicitatem suam qualis sit usu

A. C. 423 Ind. 6 Honor. 29 τῆς πρὶν φιλίας μίσους, εἰς Βυζάντιον Πλακιδίαν, τοῦ ἀδελφοῦ ὑπερισχύσαντος, σὺν τοῖς οἰκείοις παισὶν ἔξορίζεται. καὶ μόνος αὐτῇ Βονηφάτιος τὰ πιστὰ φυλάττων, ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς, ἧς ἦρχε, καὶ χρήματα ὡς ἐδύνατο ἔπεμπε, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην αὐτὸς ἔσπευδε θεραπείαν. ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν ἅπαντα συνεβάλετο.

A. C. 423 Ὅτι Ὀνώριος ὑδερικῷ νοσήματι ἁλοὺς, πρὸ ἓξ καλανδῶν Σεπτεμβρίων τελευτᾷ· καὶ πέμπονται γράμματα πρὸς τὴν ἀνατολὴν, τὸν βασιλέως θάνατον μηνύοντα. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπέμποντο, Ἰωάννης τις αὐθεντήσας τυραννεῖ· ἐφ' οὗ καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως γινομένης, ἐῤῥήθη ὥσπερ ἀπό τινος προῤῥήσεως προαχθέν· „πίπτει, οὐ στήκει." καὶ τὸ πλῆθος ὥσπερ ἀναλύοντες ἐπὶ τὸ ῥηθὲν ἀναφωνοῦσι· „στήκει, οὐ πίπτει."

Ὅτι Βονηφάτιος ἀνὴρ ἦν ἡρωϊκὸς καὶ κατὰ πολλῶν πολλάκις βαρβάρων ἠρίστευσεν, ἄλλοτε μὲν σὺν ὀλίγοις ἐπερχόμενος, ἄλλοτε δὲ καὶ σὺν πλείοσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ μονομαχῶν. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, παντὶ τρόπῳ πολλῶν βαρβάρων καὶ διαφόρων ἐθνῶν ἀπήλλαξε τὴν Ἀφρικήν. ἦν δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐραστὴς, καὶ χρημάτων κρείττων. ἐπράχθη δὲ αὐτῷ καί τι τοιοῦτον. ἀνήρ τις ἄγροικος, ἔχων ἀνθοῦσαν γυναῖκα τὴν ὥραν, ὑπό τινος τῶν συμμάχων βαρβάρων ἐμοιχεύετο· δεῖται τοιγαροῦν Βονηφατίου, τὴν ὕβριν ὀλοφυρόμενος. ὁ δὲ Βονηφάτιος μαθὼν τὸ διάστημα τοῦ τόπου καὶ

ob eas ipsas inimicitias et priori amori par nunc odium Constantinopolim Placidia, fratre praevalente, cum liberis ablegatur. Solus Bonifacius fidem illi servans, cum ex Africa, cui praeerat, pecuniam, ut poterat, submisit, tum ad alia ei obsequia praesto fuit. Qui post etiam, ut ad imperium haec rediret, nihil non fecit tulitque.

Honorius aquae intercutis morbo correptus, ante diem sextum Kalendas Septembris vitam finiit, missaeque in Orientem litterae Augusti mortem nuntiantes. Quae dum ultro citroque mittuntur, Ioannes quidam tyrannidem occupavit, atque eius inauguratione imperii, tanquam ab aliquo futurae rei oraculo, iactum est: „Cadit, non stat:" quod vulgus dictum invertens exclamabat: „Stat, non cadit."

Bonifacius vir erat heroïcus, qui cum multis saepe gentibus barbaris strenue pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam vero et singulari certamine: et, ut verbo dicam, barbaras multas variasque gentes Africa expulit. Idem iustitiae vel imprimis studiosus et abstinens ac pecuniarum contemptor fuit, a quo etiam huiusmodi aliquando patratum facinus. Rusticus quidam praestanti forma uxorem suam cum barbaro quodam e confoederatis milite consuescere cognovit: rogavit itaque Bonifacium, dedecus illud familiae deplorans, ut opem ferret. Ille cognito

τὸ ὄνομα τοῦ ἀγροῦ ἐν ᾧ τὰ τῆς μοιχείας ἐπράττετο, τὸν μὲν ἱκέτην τέως ἀπέπεμπε, προστάξας πάλιν τῇ ἐξῆς αὐτῷ προσελθεῖν· ὄψιας δὲ λαθὼν ἅπαντας, καὶ ἐπὶ τὸν ἀγρὸν D ἐλάσας, ἑβδομήκοντα διϊστάμενον σταδίοις, καὶ εὑρὼν τὸν βάρβαρον τῇ μοιχευομένῃ συγκαθεύδοντα, τέμνει τε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ δι' αὐτῆς ὑποστρέφει νυκτός. προσελθόντι V. 153 δὲ κατὰ τὸ πρόσταγμα εἰς τὴν αὔριον τῷ ἀνδρὶ ἐπιδίδωσι τοῦ βαρβάρου τὴν κεφαλήν, διαπυνθανόμενος εἰ ἐπιγινώσκοι αὐτήν. ὁ δὲ τοῖς παροῦσιν ἅμα καταπλαγεὶς καὶ ἀμηχανήσας, ἔπειτα ἐπιγνοὺς καὶ πολλὰ τῆς δικαιοσύνης εὐχαριστήσας, σὺν χαρᾷ ἀπῆει.

Ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς Ῥώμης, ὥς φησιν, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ ὁπόσα πόλις σύμμετρος ἠδύνατο ἔχειν, ἱππόδρομον καὶ φόρους καὶ ναοὺς καὶ πηγὰς καὶ λου- P. 15 τρὰ διάφορα. διὸ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἀπεφθέγξατο·

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει· πόλις ἄστεα μυρία κεύθει.

ἦσαν δὲ καὶ λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. αἱ δὲ Ἀντωνιαναὶ οὕτω καλούμεναι εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας, ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμέ- B νας ξεστοῦ· αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ ἐγγὺς διπλασίους. τὸ δὲ τεῖχος τῆς Ῥώμης μετρηθὲν παρὰ Ἀμμωνος τοῦ γεωμέτρου καθ' ὃν καιρὸν Γότθοι τὴν προτέραν κατ' αὐτῆς ἐπιδρομὴν ἐποιήσαντο, εἴκοσι καὶ ἑνὸς μιλίου διάστημα ἔχον ἀπεδείχθη.

loci intervallo et agri nomine, ubi adulterium patraretur, hominem tum quidem dimisit, in posterum diem ad se redire iussum. Noctu autem, inscils omnibus, in agrum illum septuaginta stadiis dissitum profectus, deprehensi cum moecha barbari caput amputavit, eademque domum nocte revertit. Redeunti dein, ut mandatum fuerat, postridie marito, barbari caput obtulit, percunctatus, an novisset. Ille spectaculo percussus, et quasi sensu motus, mox, ubi agnovit, multis iustitiae causa actis gratiis, domum laetus rediit.

E magnis Romanae urbis domibus, ut hic refert, omnia intra se unaquaeque habuit, quaecumque mediocris etiam urbs habere potuit, hippodromum, fora, delubra, fontes, varia balnea. Hinc et scriptor sic exclamat:

Est urbs una domus: mille oppida continet una urbs.

Sed et lavacra publica iugenti prorsus fuere magnitudine, e quibus, quae Antoninianae nominantur Thermae, ad commodiorem lavantium usum mille sexcenta habuerunt sedilia, e marmore polito fabricata, Diocletianae duplo fere plura. Romanae vero urbis moenia ex Ammonis geometrae dimensione, quo tempore Gothi illam priore incursione infestarunt, viginti et unius miliaris spatium in circuitu habere comperta sunt.

τῷ μὲν θατέρου ψιλῶς ἀπολαύειν· πρόκειται γὰρ ὥσπερ χεῖρα προβαλλομένη τοῖς ἐκ πελάγους, καὶ φιλανθρώπως αὐτοῖς ἀπαντῶσα· καὶ τὸν Ἰόνιόν τις ἐκπλέων προκύπτει τῆς νεώς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφεται, καὶ ἡδονῇ τῶν ὁρωμένων ἐστιᾶται τὴν θέαν. αὐτόχθων Ἐπίδαμνος ἐντεῦθεν προῆλθε, καὶ τῇ πόλει τὴν ἐπωνυμίαν χαρίζεται, ὕστερον δὲ πρὸς ἔρωτα κινεῖ καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀποικίᾳ ταύτην ἐκόσμει, οἷα δὴ μάντις τάχα καλῶς τὸ μέλλον εἰδώς, ὡς δεῖ πάσης γῆς καὶ θαλάττης κοινὸν εὐεργέτην ἐντεῦθεν ἀναφανῆναι. οὐκοῦν εἰ τοὺς Ἀθηναίους αὐτόχθονας ἀκούων τεθαύμακας, πάρεστί σοι μετ' ἐκείνων φιλοτιμεῖσθαι· εἰ τὴν Φαιάκων φιλανθρωπίαν ζηλοῖς, ἐντεῦθεν ἡ πόλις. ἔχει δὲ καὶ Κορινθίων τὸ γένος, καὶ τὴν Σπάρτης φιλοτιμίαν, καὶ πρόγονον Ἡρακλέα, καὶ δι' ἐκείνου τὸν Δία.

natus c. A.C. 438

γ'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῦ κρείττονος πρῶτα δῶρα δεξάμενος, οὐκ ἤσχυνας, μὰ Δία, γένος οὕτω λαμπρὸν καὶ διὰ πάντων ᾀδόμενον· ἀλλὰ γὰρ ἀπέκρυψας τοὺς προλαβόντας· καὶ τοὺς ἄλλους νικῶντες ταῖς ἀρεταῖς ἐπὶ σοῦ τὴν ἧτταν μεταμανθάνουσι· καὶ νικῶνται νίκην ἡδίστην, καὶ ἣν ἂν εὔξαιντο πατέρες νικᾶσθαι. ἐκ τοιούτων γὰρ προελθών, καὶ τραφεὶς ὥσπερ εἰκὸς τὸν οὕτω τοῖς πᾶσι νενικηκότα, καὶ προϊόντι τῷ χρόνῳ συναύξων τὰς ἀρετάς, πρέπειν ἡγοῦ-

8. *μέλλον* Villois., *μέλον* cod. 13. *φιλοτιμίαν* Villois., *φιλιμίαν* cod. 18. *νικῶντες* cod., *νικῶν* Villois.

frui. Iacet porro quasi manum porrigens a mari advenientibus, et amice eis obviam facta; et quisquis e mari Ionio navigat, e navi prospiciens se ad eam convertit, et voluptate e rebus, quas videt, animum pascit. Hic e terra Epidamnus ortus est, qui urbi nomen praebuit; postea vero ad eius amorem commovit etiam Apollinem Pythium, Graecorumque colonia urbem ornavit; ut vates fortasse bene providens futura: oportere videlicet eum, qui omnes terras et mare beneficiis ornaturus esset, hic nasci. Si igitur Athenienses tanquam aborigines admiratus es, licet cum illis gloriari; si Phaeacum comitatem diligis, ab iis haec urbs originem habet: tenet etiam Corinthiorum genus, et Spartae honoris cupiditatem, et inter maiores Herculem, et per hunc Iovem.

3. Haec et talia prima dona a numine cum accepisses, non dedecorasti, me Hercule, genus tam splendidum et ab omnibus celebratum, sed offecisti eorum, qui ante fuerunt, lumini: et qui alios virtutibus vincebant, a te superari discunt: et quidem vincuntur victoria suavissima, quomodo patres vinci optent. Talibus igitur prognatus et educatus, ut ei conveniebat qui omnibus rebus tantopere superaret, et cum temporis progressu virtutes augens, decere

μενος ἀρίστου βίου καλὴν ὑποκεῖσθαι κρηπῖδα, τῆς εὐσεβείας τὸ κτῆμα ἐλογίζου· ταῦτα προσετίθεις τῷ πόθῳ, μετῆλθες τῇ πείρᾳ, καὶ πρὸς ἄκρον ἠπείγου τοῦ πράγματος, καὶ θᾶττον ἀφῖξαι. εἰ κόμπος δὲ ταῦτα καὶ λόγων ἀλαζόνεια, πόρρω τῆς ἀληθείας πεπλάνημαι. ἀλλὰ τούτων μάρτυρες οὐκ ὀλίγοι τινὲς ἢ φαῦλοι, καὶ οὓς ἄν τις παραγράψαι τὸ τῆς γνώμης μεμψάμενος· ἀλλὰ πόλις ὅλη, καὶ βασιλέων ἡ πόλις, ἐπί σοι βοῶσα· καὶ πρὸς ἱερέως ἀνάγουσα σχῆμα· καὶ ἅπερ ἐμαρτύρει τοῖς ἔργοις βεβαιοῦσα τῇ ψήφῳ. οὐχ οὕτως Εὔουμολπος βασιλείας ἀποτυχιεῖ, τὴν ἱερωσύνην λαβὼν, καὶ θρασύτητος οὐ βίου σώφρονος ταύτην καρπούμενος ἆθλον· καὶ νῦν μὲν ὅπλα φέρων, καὶ τελῶν εἰς Ἄρεος ὑπηρέτας, νῦν δὲ, μεταμπισχόμενος καὶ σχήματος μεταβολῇ, καὶ θύων ἐξαίφνης καὶ βωμοῖς παριστάμενος.

δ'. Σὺ δὲ μελλούσης βασιλείας προσῆκον προοίμιον καὶ πρέπουσαν μαρτυρίαν ταύτην ἐδέχου, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ὀφειλόμενον τὸ γέρας ἀπείληφας, ἀλλ' οὐ μέχρι τοῦ πράγματος, ἀλλ' ὅσον καὶ τὴν ἀξίαν δειχθῆναι τὴν σὴν, καὶ φυλαχθῆναι πρὸς μείζω ψῆφον καὶ κοινοτέραν εὐεργεσίαν, καὶ πᾶσιν ὕστερον δῆλον γενέσθαι, ὡς τὰ μέγιστα παρ' ἀνθρώποις, βασιλέως σχῆμα καὶ ἱερέως γνώμην, εἰς ταὐτὸν συλλαβὼν, ἄμφω

8. ἀνάγουσα Villois., ἀνήγου cod. 9. οὐχ ὡς Εὔμ. τ. βασ. ἀπέτυχες coni. N. — Cf. Pausaniam I. 38. 3.

existimans optimae vitae pulcrum fundamentum posi, id pietatis possessionem esse existimasti. Hoc tibi proponebas desiderio, petebas usu, et ad summum rei provehebaris; ac celerrime ad metam pervenisti. Si nugae haec sunt et verborum iactantia, multum a veritate aberravi. Sed horum testes mihi sunt, non pauci quidem et futiles, et quorum testimonium, ut vanorum hominum, aliquis impugnet, sed universa urbs, et quidem regum urbs, quae de te consentiebat: et ad sacerdotium te evehebat, et, quod re ipsa testabatur, suffragio confirmabat. Non ita Eumolpus, qui cum regnandi spe excidisset, sacerdotium arripuit, audaciae, non modestiae praemium; modo armatus et Martis cultoribus annumeratus, modo veste et habitu mutato sacra subito faciens, et altaribus adstans.

4. Tu vero ut commodum primordium et honorificum testimonium futuri imperii sacerdotis munus accipiebas. Et virtutibus debitum honorem quidem, at rem ipsam non attigisti; cum id tantum fieret, quod satis esset, ut dignitas tua conspiceretur, te servato ad maius suffragium et benefacta quae latius paterent; atque ut omnibus postea constaret, quomodo coniunctis quae summa inter homines sunt, regis dignitate et mente sacerdotis, utramque alterius adiectione altius tolleres. Verum huius rei tempus nondum vene-

ΕΚΛΟΓΑΙ
ΕΚ ΤΗΣ
ΚΑΝΔΙΔΟΥ ΙΣΑΥΡΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX HISTORIA
CANDIDI ISAURI
EXCERPTA.

P. 17 V. 154 Ἀνεγνώσθησαν Κανδίδου ἱστορίας λόγοι τρεῖς. ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Λέοντος ἀναῤῥήσεως, ὃς ἦν ἐκ Δακίας μὲν τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς, στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ, τὴν βασιλείαν δὲ σπουδῇ Ἄσπαρος ἐγχειρισθείς, ὃς ἦν Ἀλανὸς μὲν γένος, ἐκ νεαρᾶς δὲ στρατευσάμενος ἡλικίας καὶ παιδοποιησάμενος ἐκ τριῶν γάμων Ἀρδαβούριον, Πατρίκιον, Ἑρμενάριχον, καὶ Θηλείας δύο. ποιεῖται μὲν ὁ συγγραφεὺς, ὡς εἴρηται, ἀρχὴν τῆς ἱστορίας τὴν ἀρχὴν τῆς Λέοντος βασιλείας, τελευτᾷ δ' εἰς τὴν ἀναγόρευσιν Ἀναστασίου. ἔστι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυρίας, ὡς αὐτός φησι, τῆς τραχείας· ἐπιτήδευμα δὲ ἔσχεν ὑπογραφεὺς τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖστον ἰσχυσάντων· τὴν δὲ θρησκείαν Χριστιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος. τήν τε γὰρ τε-

Lecti sunt Candidi historici libri tres. Inchoat historiam ab electione Leonis, qui e Dacia Illyrica oriundus, cum militari agmini Selymbrianisque cohortibus praeesset, Asparis studio imperium adeptus est. Hic Aspar genere Alanus erat, a pueritia militiam secutus, qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Ermenarichum, duasque filias sustulit. Incipit ergo, uti diximus, historicus ab initio Leonis Imperatoris, desinit vero cum Anastasius Imperator renuntiatus est. Patria illi ea Isauria est, ut ipse fatetur, quae Trachea sive Aspera dicitur. Tabellio fuit vitae instituto sub iis, qui apud Isauros poterant plurimum: religione vero Christianus, et quidem Orthodoxus. Quartam enim Synodum lau-

τάρτην σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς καινοτομοῦντας καθάπτεται δικαίως. τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔχει πρέπουσαν λόγῳ ἱστορικῷ· ταῖς τε γὰρ ποιητικαῖς λέξεσιν ἀπειροκάλως τε κέχρηται, καὶ μειρακιωδῶς, καὶ ἡ συνθήκη αὐτῷ εἰς τὸ C
5τραχύτερον καὶ δύσηχον ἐκδιθυραμβοῦται, ὥσπερ αὖ πάλιν εἰς τὸ ἐκλελυμένον τε καὶ ἐκμελὲς ὑπτιάζει. νεωτεριζει δὲ καὶ ταῖς συντάξεσιν οὐκ εἰς τὸ γλαφυρὸν μᾶλλον καὶ ἐπαφρόδιτον, ὥσπερ ἕτεροι, ἀλλ' ὥστε δυσχερῆς ἀκοῦσαι, καὶ τοῦ ἡδέος ὑπερόριος. πλὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πολὺ βελτίων ἐνιοαχοῦ τοῖς λόγοις πάντα γινόμενος, συμμιγῆ τὴν ἱστορίαν καὶ ἐξ ἀνομοιοτάτων ἁρμόζων ἀλίσκεται. οὗτος ἰσχυρίζεται τὴν P. 18
Ἰσαυρίαν ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ λαβεῖν τὴν ἐπωνυμίαν.

Διέρχεται δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν Ἄσπαρος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ δυναστείαν· τὴν ἀνάῤῥησιν διὰ του
5Ἄσπαρος Λέοντος, τὸν σύμβαντα τῇ πόλει ἐμπρησμὸν, καὶ ὅσα Ἄσπαρι περὶ τούτου ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον διαπέπρακται· καὶ περὶ Ταρασικοδίσσα καὶ Βιβιανοῦ, καὶ ὡς περὶ αὐτῶν διηνέχθη Ἄσπαρ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ οἷα εἰς ἀλλήλους ἀπεφθέγξαντο· καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο ἡταιρίσατο τὸ
Ἰσαύρων γένος διὰ Ταρασικοδίσσα Ῥουσουμβλαδεώτου, ὃν καὶ Ζήνωνα μετονομάσας γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν πρστέραν γυναῖκα θανάτου νόμῳ ἀποβαλόντα. καὶ ὡς Ἀρδαβούριος εἰς τὸ ἐναντίον μελετῶν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς οἰκειοποιήσασθαι τοὺς Ἰσαύρους διενοήθη. καὶ ὅτι Μαρτῖνος, οἰκεῖος V. 155

17. *Τατιανοῦ* Labb., *Τιτιανοῦ* vulg.

dibus ornat, meritoque perstringit eos, qui eam oppugnant. Stylum habet historiae non satis accommodatum. Nam et poetarum phrasibus sine delectu ac iuveniliter abutitur: et compositio eius durior et absona, dithyramborum ritu, quae alias iterum in dissolutam atque inconcinnum dilabitur. Constructiones innovat non ad ornatum maiorem ac venustatem, ut reliqui solent, sed ita, ut auditu molestus fiat, omnisque adeo expers suavitatis. Interdum autem se ipso verbis melior prorsus evadens, promiscuam historiam, etiam ex admodum dissimilibus, concinnare deprehenditur. Hic Isauriam ab Esau nomen mutuatam dicere audet.

Primo libro narrat Asparis liberorumque eius potentiam, et Leonis per Asparem electionem. De urbis conflagratione exorta, quaeque hic ab Aspare rei publicae commodo gesta sint. De Titiano et Viviano, utque de illis Aspar cum Imperatore contenderit, et quae ac qualia inter eos verba tum iactata sint. Imperatorem ea ex causa cum Isaurorum genere societatem iniisse per Tarasicodissam, Rusumbladeotiam, quem etiam, Zenonem mutato nomine vocatum, generum sibi adscivit, cum is priorem coniugem mortalium

Βασιλίσκος σὺν τῇ γυναικὶ Ζηνωνίδι καὶ τέκνοις καταφεύγει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κἀκεῖθεν ἁπάτῃ Ἀρμάτου ἐκβληθείς, ἐξορίζεται εἰς Καππαδοκίαν, εἶτα παγγενεὶ κατασφάζεται, ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς ἀνατολῆς παρώσαντος C ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι Ἀντιοχείας ἀπέστειλε, καὶ δεόμενος χρημάτων ἐκ μηνυμάτων ἐπέτυχε. καὶ πολλοὶ νεωτερίσαντες κατ' αὐτοῦ καὶ ἁλωκότες δίκην ἔδοσαν. ὡς Ἴλλους πολλὰ τῇ Ῥωμαίων συνήνεγκε πολιτείᾳ, ταῖς τε κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθίαις, καὶ ταῖς κατὰ πόλιν φιλοτιμίαις τε καὶ δικαιοπραγίαις. ὡς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ῥώμης καὶ τὸν διαγμὸν τοῦ μετ' αὐτὸν Αὐγουστούλου, Ὀδόακρος Ἰταλίας καὶ αὐτῆς ἐκράτησε Ῥώμης. καὶ στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε αὐτῶν καὶ Ὀδοάκρου πρὸς Ζήνωνα, Ὀδοάκρῳ μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν. ὡς Ἄλανός τις D Ἴλλουν ἀνελεῖν βουληθεὶς καὶ πλήξας, Ἐπινίκιον εἶπεν, ὃς ἦν οἰκεῖος Βηρίνῃ, τὴν ἀναίρεσιν ὑποθέσθαι. καὶ ὡς ἐξεδόθη Ἐπινίκιος Ἴλλου· καὶ ὡς ὑποσχέσει καὶ ἀμνηστίας καὶ εὐεργεσιῶν ἔξηπε πάντα Ἐπινίκιος, ὅσα ἐπεβούλευε Βηρῖνα κατὰ Ἴλλου. καὶ ὡς Ζήνων Βηρῖναν διὰ τοῦτο ἐκδίδωσιν, ὁ δὲ αὐτὴν εἰς φρούριον Κιλικίας ὑπερορίσας ἠσφαλίσατο· ὡς Παμπρεπίῳ τῷ δυσσεβεῖ διὰ Μάρσου Ἴλλους φιλιωθεὶς, ἅπαντα κατὰ μι-

V. 156

1. Βασιλίσκος N., βασιλεὺς vulg.

liberis in templum se recepit, unde Armati frandibus extractus, et in Cappadociam relegatus, mox cum tota stirpe caesus est. Cum Petrus ille impius Orientis turbaret ecclesias, misit Zeno Imperator Calandionem, ut Antiochenae sedis episcopus sacraretur. Cum autem pecunia indigeret Imperator, quaerendae illi pecuniae rationes ostensae sunt. Multi rebus novis contra illum studentes, capti poenas dederunt. Multa Hillus Romanae rei publicae contulit, cum militiae rebus fortiter gestis, tum domi honestis studiis ac institiae cultu. Post interemptum Nepotem, Imperatorem Romanum, et eius successorem, Augustulum, expulsum, Odoacer Italia atque ipsa adeo urbe potitus est. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, et legatione ab ipsis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit. Alanus quidam occidere Hillum conatus, cum eum percussisset, ab Epinicio, qui erat Verinae domesticus, subornatum se ad caedem ait; itaque traditus Hillo Epinicius est, qui data fide et oblivionis et praemiorum, ordine cuncta enarravit, quae in Hillum Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Hillo tradidit, qui eam in Ciliciae castellum ablegavit, atque ita tutum sese reddidit. Hillus Pamprepio, homini impio, Marsi opera, factus carus, paulatim omnia ipsius negotia perturbavit. Ci-

καὶ βάρβαρον πόῤῥω τῆς σῆς ἀρχῆς ἀπελαύνειν, καὶ μετὰ τῆς
ἐλευθερίας ἐπιφανῆναι τοῖς ὑπηκόοις, ἐπένευσας ταῦτα, καὶ
πρὸς πέρας ἀφίκετο. ἔγνως γὰρ, ὡς τὴν ἑῴαν λῆξιν, τῆς A. C. 498
ἀρχῆς τὸ σεμνότερον, πρόσοικοί τινες ἐπετάραττον βάρβαροι,
ἀνδρες ὑβρισταὶ καὶ θρασεῖς, καὶ μίαν ἀρετὴν εἰδότες τοῖς
ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς ἐπιτίθεσθαι· καὶ θᾶττον μὲν ἐπιόντες,
θᾶττον δὲ μεθιστάμενοι, καὶ ὁποί ποτε γῆς εἰσι ῥᾳδίως
ἀνθάνοντες· οἷς γὰρ μὴ χῶρος μὴ πόλις εἰς οἰκητήριον
ὥρισται, ἀλλ' ὅλην ἕκαστος ἐπάγεται τὴν οἰκίαν, αὐτοσχέ-
διον καλύβην ὅπη τύχῃ συμπηγνύμενος, οἳ δὴ τοιοῦτοι τίνος
ἂν ἀπόσχοιντο τόλμης; τούτοις εἰς ἁρπαγὴν προὔκειντο πό-
λεις, τὸ πρὶν μὲν εὐδαίμονες καὶ λαμπραὶ, τότε δὲ τῶν βοη-
θούντων ἔρημοι καὶ συμμαχίας ἐστερημέναι· καὶ ἣ μὲν εἶχε-
το, ἣ δὲ ἔμελλεν, ἣ δὲ μετανίστατο· καὶ μᾶλλον τοῦ πάθους
ἢ τῶν μελλόντων φόβος ἐλύπει· φήμη δέ τις οὐκ εὐτυχὴς
πᾶς τῶν ἁπάντων διέσειεν ἀκοὰς, ἐπ' ἄλλοις ἄλλα διηγουμένη,
καὶ πάντα δεινα. ἦν γὰρ ἀκούειν πόλιν ἁλισκομένην, ἁρπα-
ζομένην εὐδαιμονίαν, ἐλαυνομένας γυναῖκας εἰς ἀσέλγειαν
ἠναγκασμένην, ὑβριζομένους παῖδας, αἰκιζομένην πολιὰν,
ἑλκομένην νεότητα, καὶ παρθένους ἀγομένας, οὐ πρὸς εὐτυχῆ
ταστάδα καὶ νύμφιον εὐδαίμονα, κατὰ τὰς πρώην ἐλπίδας,

12. βοηθούντων Villois., βηθούντων cod. 20. ἑλκομένην Villois., ἑλωμένην cod., καὶ ἑλκομένην rec. m.

barbarum procul a tuo imperio arcere, et una cum libertate sublitis apparere, fieri iussisti, et protinus res ad exitum venit. Namque compereras, orientem, praestantiorem imperii partem, a quibusdam finitimis barbaris perturbari, hominibus superbis et ferocibus, qui aliorum bona infestare unice pro virtute agnoscerent; et quidem celeriter ingruentes, celeriter quoque recedentes, et, quo se contulissent, facile latentes: quippe quibus neque locus neque urbs ad habitandum definita est, sed quisque totam domum secum vehit, tumultuariam casam ubicunque fuerit compingens. Tales vero homines quo facinore abstineant? His ad praedandum exposita erant oppida prius fortunata et splendida, tum vero auxiliis destituta et propugnatoribus privata; e quibus hoc quidem iam captum erat, illud in eo, ut caperetur, erat etiam e quo cives migrarent. Et magis quam ipsa calamitas futuri metus angebat; rumor autem infelix omnium aures perstringebat, alia super alia nuntians, cuncta horrenda. Audire poteras urbem expugnari, divitias auferri, mulieres rapi ad stuprum, pueros nefande tractari, foedari canitiem, trahi iuventutem, et virgines duci, non ad genialem lectum et fortunatum sponsum, secundum spes antea conceptas, sed ad libidinem hostis barbari et ipso aspectu foedi. His enim omnia patebant. Qui

[a]Ὅτι τὰ σανδάλια, φησί, νυνὶ λεγόμενα ἀρβύλας ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, καὶ τὸ φακιόλιον φασῶλιν.

[b]Ὅτι τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλεῖστοι, οἵ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι, καὶ οἱ τοῦ Φοινικῶνος καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηνῶν ὀρῶν ἐπέκεινα, ἱερόν τι χωρίον νομίζουσιν, ὅτῳδὴ θεῶν ἀνειμένον, καὶ ἐνταῦθα συλλέγονται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον δίς· ὧν τὴν μὲν τῶν πανηγύρεων αὐτῶν μὴν ὅλος μετρεῖ παρατείνων, σχεδόν που τοῦ ἔαρος κατὰ τὸ μέσον τελουμένην, ὅτε τὸν ταῦρον ὁ ἥλιος ἐπιπορεύεται. ἡ δὲ ἑτέρα πανήγυρις δυσὶ μησὶ παρατείνεται. μετὰ θερινὰς τροπὰς ἄγουσι ταύτην. ἐν ταύταις, φησί, ταῖς πανηγύρεσιν πᾶσαν ἄγουσιν εἰρήνην, οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐνδημοῦντας ἀνθρώπους. φασὶ δὲ ὅτι καὶ τὰ θηρία πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρὸς ἄλληλα. λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ παράδοξα καὶ μύθωι οὐδὲν διαλλάττοντα.

[c]Ὅτι διεστηκέναι φησὶ τὴν [d]Ἀδουλιν τῆς Αὐξούμεως πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ὁδόν, ἀπιοῦσι δὲ εἰς τὴν Αὔξουμιν Νοννόσῳ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν μέγιστον ἐφάνη θέαμα περὶ χωρίον Αὖην προσονομαζόμενον· κεῖται δὲ ἡ Αὖη ἐν μέσῳ τῆς τε τῶν Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν [e]Ἀδουλιτῶν πόλεως· ἐλεφάντων πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὡς χιλιάδων πέντε· ἐνέμοντο δὲ οὗτοι οἱ ἐλέφαντες ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, καὶ πελάζειν αὐτοῖς οὐ-

Quae nunc *σανδάλια* dicta, *ἀρβύλας* appellasse veteres ait: et *φακιόλιον φασῶλιν*.

Saracenorum, ait, plerique, tam qui in Phoenicone, quam qui ultra Phoeniconem et Taurenos, quos vocant, montes degunt, locum quendam pro sacro habent, alicui Deorum consecratum, quo bis quotannis conveniunt. Horum conventuum ipsorum alter mensem durat integrum, ad medium fere ver, quando Tauri signum sol in Zodiaco tenet: alter vero in duos alteros menses extenditur agiturque post aestivum solstitium. In his, ait, conventibus, summa viget tranquillitas, non solum inter ipsos, sed et cum omnibus advenis. Quin etiam feras cum hominibus, non tantum inter se, pacate tunc degere fabulantur. Narrat et alia multa inopinata et fabulis non absimilia.

Adulin scribit ab Auxumi quindecim itinere dierum distare. Proficiscenti vero Auxumin Nonnoso cum suis maximum hoc obiectum spectaculum ad regionem Auen dictam, quae media est inter Auxuminet Adulin urbes: elephantorum nimirum vis non modica, immo millia ferme quinque. Pascebant hi elephanti maximo in campo,

παρήνεγκε βίᾳ. τοιγαροῦν ἐπανιτέον ὅθεν ἐξέβημεν. ὁμοίως γὰρ πρέπειν ἐλογίσω τῇ μελλούσῃ καλῶς ἔχειν ἀρχῇ, μὴ μόνον τῶν ἀλλοφύλων κεκαθάρθαι, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀφεστάναι δεινῶν, ἀλλὰ καὶ, εἴ τι μέρος αὐτῆς νοσοῦν ἐστιν ἤδη καὶ ὕπουλον, καὶ κατὰ τοῦ λοιποῦ διανίσταται, καὶ τοῦτο πρὸς εὐρυθμίαν μεταστῆσαι, καὶ μίαν διὰ πάντων δεῖξαι διήκουσαν ἁρμονίαν, ὥσπερ ἐν σώματι. ἦδεις γὰρ, ὡς ὁμονοοῦντες μὲν ἄνθρωποι καὶ μετ' ἀλλήλων ἱστάμενοι φοβεροί τε τοῖς ἀντιπάλοις εἰσὶ, καὶ τοὺς λυποῦντας ἧττον ἀμύνονται· αὐτοὶ δ' ἐν ἑαυτοῖς στασιάζοντες οἴκοθεν ἔχουσι τὴν φθοράν, καὶ οὐδενὸς πολεμίου προσδέονται, μᾶλλον δὲ τούτῳ καὶ δυσμενεῖς καὶ μισοῦντας ἐπάγονται, καιρὸν ἡγουμένους οἰκεῖον τῶν ἐν αὐτοῖς νοσούντων τὴν συμφοράν. ὡς οὖν εἶχε τὸ πρᾶγμα, μικρὸν ἄνωθεν διηγήσομαι.

5 Γ'. Τὴν Κιλικίαν προσοικοῦσι δύσμαχοί τινες ἄνθρωποι, Σολῶν ἔθνος, ἀπὸ θαλάττης ἀνατρέχον εἰς ἤπειρον. οὗτοι τοίνυν, ὥσπερ οὐ δυνάμενοι μένειν εὐδαίμονες, ὕψους τε αἴρουσι τὴν αὐχένα, καὶ φρονοῦσί τι γαῦρον κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ δυστυχεῖν ἀλάζονες ὑπῆρχον. μάλιστα δὲ τούτους ἐκίνει καὶ θαρρεῖν ἐδίδου παρὰ καιρὸν ἥ τε χώρα, δυσάλωτον παρεχομένη τὴν φύσιν· ἄκρα γὰρ ἐνταῦθα παν-

A. C. 492 — 497

16. Σολύμων coni. N.; cf. Priscian. 81. 82.

vi huc delata est; redeundum igitur unde digressi sumus. Similiter enim ad imperium bene constituendum oportere existimasti non solum a peregrinis id purgatum esse, et liberatum malis inde nascentibus, sed etiam, si quae ipsius pars morbida esset et ulcerosa, atque a ceteris discreparet, et hanc numeris suis restituere, et unum omnium partium efficere concentum, quemadmodum in corpore. Sciebas enim, homines concordes et se invicem iuvantes hostibus esse metuendos, seque contra infestos facile defendere: contra autem inter se dissidentes domi perniciem habere, etsi hostes absint, excitare autem adversus se inimicos et infensos, ratos sibi oblatam esse occasionem per seditionis calamitatem. Verum res quomodo se habuerit, paulo altius ab origine enarrabo.

9. In Ciliciae finibus habitat gens ferox, Solorum natio, a maris littore in mediterranea pertingens. Hi itaque, felicitate sua frui nescii, verticem tollunt, et superbiunt contra Romanorum imperium, in suam perniciem iactantia elati. Maxime autem hos commovebat et confidere praeter rem faciebant et regio, ad expugnandum sane difficilis: arx enim est, plura culmina ad coelum attollens: et hominum exercitatio. Sunt enim expediti, pernix genus,

A. C. 492 — 497 τοδαπὰς κορυφὰς εἰς αὐτὸν ἀνατείνουσα τὸν αἰθέρα· καὶ μέντοι καὶ τῶν ἀνδρῶν ἡ πρὸς τὰ τοιαῦτα μελέτη. εὐστελεῖς γὰρ οὗτοι καὶ κοῦφα βαίνοντες, καὶ ὥσπερ πτηνοὶ τοῖς ὄρεσιν ἐποχούμενοι. ὅθεν ἐπαρθέντες τὴν καθ' ἡμῶν συνίστανται σκευωρίαν· καὶ ἦγόν τε καὶ ἔφερον τὰ τῶν προσοικούντων, καὶ δεινῶς ἠπείλουν, κόμπῳ ῥημάτων ἐπηχοῦντες. βασιλέων δὲ ἦν αὐτοῖς προσταγμάτων, ἐκ μὴ προσηκόντων, στρατηγῶν τε ὄχλος, καὶ ἡ λοιπὴ παρασκευή· καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἦσαν λαμπροί· ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς ὁ μὲν Ἀγαμέμνων ἐξαίφνης εἶναι δοκεῖ· ὁ δὲ φέρει τὴν Ἀχιλλέως εἰκόνα τῷ σχήματι, καὶ ἄλλος ἄλλου μεμίμηται, πτωχοί τινες καὶ ἀνέστιοι· εἶτα πέρας τῷ δράματι, καὶ ἡ σκηνὴ διαλύεται.

A. C. 498 ι'. Καὶ οὗτοι τοίνυν οὐκ εἰς μακρὰν ἔμελλον γνώσεσθαι, ὅσην βασιλέως φιλανθρωπίαν εἰς προσήκουσαν ὀργὴν ἐπεσπάσαντο, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀξίαν τῆς δίκης ἐτύγχανον· ἀλλ' ἐνίκας πάλιν, ὦ βασιλεῦ, καὶ θρασυνομένους μάχῃ, καὶ δυστυχοῦντας φιλανθρωπίᾳ· καὶ ἔδειξας ὡς ἀληθῶς ἑπομένας ἀλλήλαις τὰς ἀρετάς. οὓς γὰρ ἀνδρία κατηγωνίσω καὶ φρονήσει στρατηγικῇ, καὶ ποικίλῃ τῶν ἀγώνων εὐεργεσίᾳ, τούτους ἡ χρηστότης ἑπομένη ταῖς ἀδελφαῖς, σώζειν ἐκέλευε· καὶ διπλοῦν ἔστησας τρόπαιον, τοῦ δευτέρου νικῶντος τὸ πρότερον. τὸ μὲν γὰρ κρατῆσαι πολεμίων ἴσως ἂν καὶ τύχῃ

6. *βασιλέων δὲ ἦν αὐτοῖς προστάγματα, ἐκ μὴ προσηκόντων, στρατ.* coni. R., f. *βασ. δὲ ἦν αὐτ. πρόσχημα*: Imperatore gloriabantur — sc. Zenone — qui immerito ad summum fastigium evectus erat? N.

et alitum ritu super montes delati: unde delapsi nobis incidunt. Diripiebant igitur finitimorum bona, et horrendum in modum minabantur, verbis superbientibus - - - - - - - - : ducum turba aliusque apparatus: spes eorum splendidae erant; sicut in scena ille Agamemno sibi factus videtur, alius autem Achillis imaginem habita repraesentat, et alius alium imitatur, homines mendici et laribus destituti; at dramate finito scena dissolvitur.

10. Et hi quidem mox experientia doceri debebant, quam benevolum Imperatorem ad iustam iram coëgerint, quamquam poenam meritam non solverent. Tu vero, Auguste, bis vicisti; feroces pugna, et debellatos clementia, et ostendisti virtutes vere se invicem sustinere. Quos enim fortitudine et imperatoriis artibus subegeras, hos clementia, sorores suas consequens, servare iussit. Et duplex tropaeum statuisti, quorum a secundo prius vincitur. Vincere enim hostes fortasse etiam per solam fortunam contigerit; sed prioribus

ΕΚΛΟΓΑΙ
ΕΚ ΤΗΣ
ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX HISTORIA
THEOPHANIS
EXCERPTA.

Ἀνεγνώσθη Θεοφάνους Βυζαντίου ἱστορικῶν λόγοι δέκα. P. 21
ἄρχεται δὲ ὁ πρῶτος λόγος ἀπὸ τοῦ Περσικοῦ πολέμου τοῦ συστάντος μετὰ τὴν διάλυσιν τῶν σπονδῶν, ἃς Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς καὶ Χοσρόης ὁ Περσῶν ἀλλήλοις ἔθεντο. ἔλυσε δὲ Χοσρόης τε αὐτὸς, καὶ Ἰουστῖνος, διάδοχος Ἰουστινιανοῦ καταστὰς, δευτέρου ἔτους τῆς ἀρχῆς αὐτῷ περαιουμένου. ἀρχόμενος δὲ ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας κάτεισι μέχρι δεκάτου ἔτους αὐτοῦ τοῦ πολέμου. μέμνηται δὲ ἐν τῷδε τῷ πρώτῳ τοῦ βιβλίου λόγῳ καὶ τὰ κατὰ Ἰουστινιανὸν ἱστορῆσαι. οὐ μὴν ἀλλὰ δῆλός ἐστιν, ὡς καὶ ἐφεξῆς τῶν δέκα λόγων ἑτέρους συνέταξε. διέξεισι δὲ ἐν μὲν τῷδε τῷ λόγῳ, ὅπως αἱ σπονδαὶ συνεχύθησαν Ἰουστίνου μὲν διὰ Κομεντιόλου Σου-

Lecti sunt Theophanis Constantinopolitani historiarum libri decem, quorum primus initium ducit ab illo Persico bello, quod ruptis iam foederibus iis exortum est, quae Iustinianus Imperator et Chosroës, Persarum rex, invicem constituerant. Solverat ea Chosroës ipse, et Iustinus, Iustiniani iam successor, exeunte altero imperii anno. Hinc ergo narrationem auspicatus, pergit porro ad annum usque belli decimum. Meminit vero hoc ipso primo voluminis libro, cripsisse quoque se quae sub Iustiniano gesta sunt, imo et plures eum decem hisce subiunxisse libros, satis manifeste apparet. Narrat autem hoc libro, qua ratione pacta conventa sint dissoluta, cum Iustinus per Comentiolum Suaniam a Chosroë repeteret, ipse

Βανίαν παρὰ Χοσρόου ἀπαιτοῦντος, αὐτοῦ δὲ ὑποτιθεμένου, οὐ μέντοι διδοῦντος· ὅπως τε ἡ Μεσοποταμία πᾶσα ἐσείσθη, προοίμιον τῶν ἐπελευσομένων κακῶν γενομένη.

Ὅτι τὰ πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Τανάϊδος Τοῦρκοι νέμονται οἱ πάλαι Μασσαγέται καλούμενοι, οὓς Πέρσαι οἰκείᾳ γλώσσῃ Κερμιχίωνάς φασι. καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ τότε δῶρα καὶ πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ἰουστῖνον ἔστειλαν, δεόμενοι μὴ ὑποδέξασθαι αὐτὸν τοὺς Ἀβάρους. ὁ δὲ τὰ δῶρα λαβὼν καὶ ἀντιφιλοφρονησάμενος, ἀπέλυσεν εἰς τὰ οἰκεῖα. τοῖς δὲ Ἀβάροις ὕστερον ἐλθοῦσιν, καὶ Παννονίαν οἰκῆσαι καὶ εἰ-
P. 22 ρήνης τυχεῖν δεομένοις, διὰ τὸν πρὸς τοὺς Τούρκους λόγον καὶ τὰς συνθήκας οὐκ ἐσπείσατο.

Ὅτι τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης, βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ ἐν Βυζαντίῳ ὑπέδειξεν, οὔπω πρότερον ἐγνωσμένην Ῥωμαίοις. οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης, τὸ σπέρμα τῶν σκωλήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίου διεσώσατο, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις ἐπτεροφύησέ τε καὶ τἆλλα εἰργάσατο. ὧν τήν τε γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὕστερον τοῖς Τούρκοις ὑποδείξας ἐθάμβησεν. οἱ γὰρ Τοῦρ-
Β κοι τότε τά τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τοὺς λιμένας κατεῖχον ταῦτα δὲ πρὶν μὲν Πέρσαι κατεῖχον· Ἐφθαλάνου δὲ τοῦ

vero verbo quidem promitteret, non tamen re praestaret. Refert et in tota Mesopotamia terram movisse, initium nimirum calamitatum, quae subsecutae sunt.

In Oriente ad Tanaïm Turci degunt, qui Massagetae antiquitus dicti, a Persis sua lingua Kermichiones appellantur. Hi tempestate hac legatos cum muneribus ad Iustinum Imperatorem legarunt, ne Avaros reciperet, obsecrantes. Ille munera libenter accepit, omnique adeo benevolentiae atque humanitatis genere complexus, domum remisit. Cumque Avari mox accessissent, qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem pactasque conditiones repulsam tulerunt.

Bombycum originem homo quidam Persa, Iustiniano imperante, Constantinopoli ostendit, nunquam antea Romanis cognitam. Hic Persa e Serum regione profectus vermium semen ferula inclusum, Constantinopolim salvum deportavit, ac vere ineunte in alimentum mori foliis semina imposuit: quae foliis nutrita, et in alas se induerunt, et mire coeperunt operari. Ergo bombycum ortum texendique artificium cum post Turcis Iustinus Imperator ostendisset, vehementer obstupuerunt: nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, quae Persae prius tenuerant. Ephthalanus enim, Ephthalitarum

ἀλλ' ὤνιον ἐποιοῦντο τὴν τοῦ σώματος ὕβριν· καὶ τῷ μὴ σωφρονεῖν μισθὸς κατεβάλλετο· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῶν κοινῶν ἀτυχημάτων ὁ τοῦ βασιλέως θησαυρὸς ἐπληροῦτο. ταῦτα τῶν πρὶν κρατούντων τινὲς δόξαντες εἶναι φιλάνθρωποι ἠλέουν μὲν, βοηθεῖν δὲ οὐκ εἶχον· ἀλλ' ἐβουλήθησαν μόνον, καὶ μέχρι τούτου τὴν ἀρετὴν ἐνεδείξαντο· τὸ δὲ πρὸς ἔργον ἐκφέρειν μετὰ τῶν ἀδυνάτων ἐθαύμαζον· ἔδει γὰρ σοὶ καὶ τοῦτο τηρεῖσθαι καὶ σὸν ἔργον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων, ὅπως ἀρετὴ μὴ λανθάνῃ τοσαύτη μὴ παρόντων αὐτῇ πρὸς ἀξίαν, οἷς ἐαυτὴν ἐπιδείξεται. ὅθεν παντὸς ἀτόπου κέρδους ἔννοιαν παριδὼν, καὶ ζημίαν θαυμάσας ἐπαινουμένην, ἠβουλήθης, ἐπένευσας, εἰς ἔργον ἀφίκετο. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὰ τῆς εὐεργεσίας ἡμῖν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς μετὰ ταῦτα πονηροῖς γενέσθαι πάλιν ἐπέτρεψας· πᾶσα γὰρ περὶ τούτου συγγραφὴ πυρὸς ἔργον ἐγένετο· καὶ μετὰ τῶν λυπούντων ἡ τούτων ἀνῄρηται μνήμη. ταῦτα γὰρ προσέταττες ὥσπερ Ὕδρας κεφαλὰς ἐκκαίειν, ὅπως μὴ πάλιν ἀνίσχῃ, τὸν σὸν Ἡρακλέα μιμούμενος.

ιδ'. Πρώην μὲν οὖν Ἀριστείδης οὐκ εἰωθότας φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησι, ὡς τι μέγα κατορθώσας, τὴν τοῦ Δικαίου προσηγορίαν ἠνέγκατο· καὶ τὸν Ἀριστείδην τις εἰπὼν

10. κέρδους Villois., κέρδος cod. 16. ταῦτας pro ταῦτα coni. Villois. 17. ἐκκαίειν Villois., ἐκχαίειν cod.

spectae vitae vacarent iniuriis: sed cum vendendam proponerent corporis contumeliam, impudicitia mercede redimebatur. Ut brevi praecidam, ex publica calamitate Augusti thesaurus implebatur. Quare cum ex prioribus Imperatoribus nonnulli, qui humanitatis laude florent, misericordia afficerentur, mali tamen medelam inveniebant nullam. Sed optabant tantummodo, et ita virtutem suam ostendebant. Rem vero conficere, id tanquam supra humanas vires positum admirabantur. Oportebat enim et hoc tibi reservari et abs te perfici cum ceteris, ne tanta lateret virtus, deficientibus magni momenti rebus quibus se ostenderet. Itaque neglecta omni turpis lucri cogitatione et iacturae cum laude coniunctae cupidus, voluisti, rem fieri iussisti, et facta est. Nec vero intra hos fines tua in nos benevolentia se continuit, sed ne iis quidem, qui post regnabunt, pravis esse concessisti. Tota enim de ea re scriptio igne consumta, et una cum illa peste eius memoria deleta est. Eam enim quasi Hydrae capita exuri iussisti, ne rursus enascerentur; quo Herculem tibi cognatum imitatus es.

14. Olim Aristides tributis insolitis inter Graecos describendis, quasi rem magnam perfecisset, Iusti cognomen accepit, et Aristidem, si quis appellaret, utique adiiciebat, iustum. Tu vero tributa tam

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΓΑΖΗΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ ΕΙΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΝ.

PROCOPII ORATORIS URBIS GAZAE PANEGYRICUS IN IMPERATOREM ANASTASIUM.

ARGUMENTUM.

Prooemium (1). *Laudes Epidamni, unde Anastasio origo* (2). *Eius mores, virtutes, educatio* (3. 4). *Fauste imperium capessit* (5. 6). *Vincit Arabes orientis provincias infestantes* (7). *Sui quoque imperii seditiosos populos et praecipue Isauros coërcet, victis deinde parcit* (8 — 10). *Pace aeque ac bello praestat* (11). *Iustissimus et ipse iudex et in eligendis iudicibus iustus* (12). *Crudele chrysargyri vectigal tollit* (13). *Aristidem et Pisistratum aequitate circa vectigalia superat* (14). *Circi spectacula et crudelia et obscoena removet* (15. 16). *Magna eius in singulas urbes beneficia* (17). *Hierapolitanis aqua carentibus aquaeductum aedificat* (18). *Caesareae portum deficientem instaurat* (19). *Alexandriae pharum labantem firmat* (20). *Murum ducit a Ponto Euxino usque ad Propontidem* (21). *Civibus clemens, timendus hostibus, morum emendator* (22). *Ipse moribus castissimis, una coniuge contentus* (23). *Excellentes antiquitatis homines superat omnes, et singulas singulorum virtutes coniungit* (24). *Comparatur cum Cyro* (25), *Agesilao* (26), *Alexandro et Philippo* (27). *Peroratio* (28 — 30).

α'. Ἤδη μέν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, πᾶσα πόλις ἐπὶ σοὶ ῥρονοῦσα, καὶ τοῖς σοῖς τροπαίοις ἁβρυνομένη, καὶ τὴν

1. Iam quidem, optime Imperator, tota urbs propter te superbiens, ac tuis tropaeis luxurians, et felicitatem suam qualis sit usu

τῷ μὲν θατέρου ψιλῶς ἀπολαύειν· πρόκειται γὰρ ὥσπερ χεῖρα προβαλλομένη τοῖς ἐκ πελάγους, καὶ φιλανθρώπως αὐτῶς ἀπαντῶσα· καὶ τὸν Ἰόνιόν τις ἐκπλέων προκύπτει τῆς νεώς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφεται, καὶ ἡδονῇ τῶν ὁρωμένων ἐσπιάται τὴν θέαν. αὐτόχθων Ἐπίδαμνος ἐντεῦθεν προῆλθε, καὶ τῇ πόλει τὴν ἐπωνυμίαν χαρίζεται, ὕστερον δὲ πρὸς ἔρωτα κινεῖ καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀποικίᾳ ταύτην ἐκόσμει, οἷα δὴ μάντις τάχα καλῶς τὸ μέλλον εἰδώς, ὡς δεῖ πάσης γῆς καὶ θαλάττης κοινὸν εὐεργέτην ἐντεῦθεν ἀναφανῆναι. οὐκοῦν εἰ τοὺς Ἀθηναίους αὐτόχθονας ἀκούων τεθαύμακας, πάρεστί σοι μετ' ἐκείνων φιλοτιμεῖσθαι εἰ τὴν Φαιάκων φιλανθρωπίαν ζηλοῖς, ἐντεῦθεν ἡ πόλις. ἔχει δὲ καὶ Κορινθίων τὸ γένος, καὶ τὴν Σπάρτης φιλοτιμίαν, καὶ πρόγονον Ἡρακλέα, καὶ δι' ἐκείνου τὸν Δία.

natus c. A.C. 438

γ'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῦ κρείττονος πρῶτος δῶρα δεξάμενος, οὐκ ἤσχυνας, μὰ Δία, γένος οὕτω λαμπρὸν καὶ διὰ πάντων ἀϊδόμενον· ἀλλὰ γὰρ ἀπέκρυψας τοὺς προλαβόντας· καὶ τοὺς ἄλλους νικῶντες ταῖς ἀρεταῖς ἐπὶ σοὶ τὴν ἧτταν μεταμανθάνουσι· καὶ νικῶνται νίκην ἡδίστην, καὶ ἣν ἂν εὔξαιντο πατέρες νικᾶσθαι. ἐκ τοιούτων γὰρ προελθὼν, καὶ τραφεὶς ὥσπερ εἰκὸς τὸν οὕτω τοῖς πᾶσι νενικηκότα, καὶ προϊόντι τῷ χρόνῳ συναύξων τὰς ἀρετὰς, πρέπειν ἡγοῦ-

8. μέλλον Villois., μέλον cod. 13. φιλοτιμίαν Villois., φιλαμίαν cod. 18. νικῶντες cod., νικῶν Villois.

frui. Iacet porro quasi manum porrigens a mari advenientibus, et amice eis obviam facta; et quisquis e mari Ionio navigat, e navi prospiciens se ad eam convertit, et voluptate e rebus, quas videt, animum pascit. Hic e terra Epidamnus ortus est, qui urbi nomen praebuit; postea vero ad eius amorem commovit etiam Apollinem Pythium, Graecorumque colonia urbem ornavit; ut vates fortasse bene providens futura: oportere videlicet eum, qui omnes terras et mare beneficiis ornaturus esset, hic nasci. Si igitur Atheniensis tanquam aborigines admiratus es, licet cum illis gloriari; si Phaecum comitatem diligis, ab iis haec urbs originem habet: tenet etiam Corinthiorum genus, et Spartae honoris cupiditatem, et inter maiores Herculem, et per hunc Iovem.

3. Haec et talia prima dona a numine cum accepisses, non dedecorasti, me Hercule, genus tam splendidum et ab omnibus celebratum, sed offecisti eorum, qui ante fuerunt, lumini: et qui alios virtutibus vincebant, a te superari discunt: et quidem vincuntur victoria suavissima, quomodo patres vinci optent. Talibus igitur prognatus et educatus, ut ei conveniebat qui omnibus rebus tantopere superaret, et cum temporis progressu virtutes augens, decere

μενος ἀρίστου βίου καλὴν ὑποκεῖσθαι κρηπῖδα, τῆς εὐσεβείας τὸ κτῆμα ἐλογίζου· ταῦτα προσετίθεις τῷ πόθῳ, μετῆλθες τῇ πείρᾳ, καὶ πρὸς ἄκρον ἠπείγου τοῦ πράγματος, καὶ θᾶττον ἀφῖξαι. εἰ κόμπος δὲ ταῦτα καὶ λόγων ἀλαζόνεια, πόρρω τῆς ἀληθείας πεπλάνημαι. ἀλλὰ τούτων μάρτυρες οὐκ ὀλίγοι τινὲς ἢ φαῦλοι, καὶ οὓς ἄν τις παραγράψαι τὸ τῆς γνώμης μεμψάμενος· ἀλλὰ πόλις ὅλη, καὶ βασιλέων ἡ πόλις, ἐπί σοι βοῶσα· καὶ πρὸς ἱερέως ἀνάγουσα σχῆμα· καὶ ἅπερ ἔμαρτύρει τοῖς ἔργοις βεβαιοῦσα τῇ ψήφῳ. οὐχ οὕτως Εὔμολπος βασιλείας ἀποτυχεῖ, τὴν ἱερωσύνην λαβὼν, καὶ θρασύτητος οὐ βίου σώφρονος ταύτην καρπούμενος ἆθλον· καὶ νῦν μὲν ὅπλα φέρων, καὶ τελῶν εἰς Ἄρεος ὑπηρέτας, νῦν δὲ, μεταμπισχόμενος καὶ σχήματος μεταβολῇ, καὶ θύων ἐξαίφνης καὶ βωμοῖς παριστάμενος.

δ'. Σὺ δὲ μελλούσης βασιλείας προσῆκον προοίμιον καὶ πρέπουσαν μαρτυρίαν τιύτην ἐδέχου, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ὀφειλόμενον τὸ γέρας ἀπειληφας, ἀλλ' οὐ μέχρι τοῦ πράγματος, ἀλλ' ὅσον καὶ τὴν ἀξίαν δειχθῆναι τὴν σὴν, καὶ φυλαχθῆναι πρὸς μείζω ψῆφον καὶ κοινοτέραν εὐεργεσίαν, καὶ πᾶσιν ὕστερον δῆλον γενέσθαι, ὡς τὰ μέγιστα παρ' ἀνθρώποις, βασιλέως σχῆμα καὶ ἱερέως γνώμην, εἰς ταὐτὸν συλλαβὼν, ἄμφω

8. ἀνάγουσα Villois., ἀνήγου cod. 9. οὐχ ὡς Εὔμ. τ. βασ. ἀπέτυχες coni. N. — Cf. Pausaniam I. 38. 3.

existimans optimae vitae pulcrum fundamentum posi, id pietatis possessionem esse existimasti. Hoc tibi proponebas desiderio, petebas nsu, et ad summum rei provehebaris; ac celerrime ad metam pervenisti. Si nugae haec sunt et verborum iactantia, multum a veritate aberravi. Sed horum testes mihi sunt, non pauci quidem et futiles, et quorum testimonium, ut vanorum hominum, aliquis impugnet, sed universa urbs, et quidem regum urbs, quae de te consentiebat: et ad sacerdotium te evehebat, et, quod re ipsa testabatur, suffragio confirmabat. Non ita Eumolpus, qui cum regnandi ipe excidisset, sacerdotium arripuit, audaciae, non modestiae praemium; modo armatus et Martis cultoribus annumeratus, modo veste et habitu mutato sacra subito faciens, et altaribus adstans.

4. Tu vero ut commodum primordium et honorificum testimonium futuri imperii sacerdotis munus accipiebas. Et virtutibus debitum honorem quidem, at rem ipsam non attigisti; cum id tantum ieret, quod satis esset, ut dignitas tua conspiceretur, te servato ad naius suffragium et benefacta quae latius paterent; atque ut omnibus postea constaret, quomodo coniunctis quae summa inter homines sunt, regis dignitate et mente sacerdotis, utrumque alterius idiectione altius tolleres. Verum huius rei tempus nondum vene-

Βανίαν παρὰ Χοσρόου ἀπαιτοῦντος, αὐτοῦ δὲ ὑποτιθεμένου, οὐ μέντοι διδοῦντος· ὅπως τε ἡ Μεσοποταμία πᾶσα ἐσείσθη, προοίμιον τῶν ἐπελευσομένων κακῶν γενομένη.

Ὅτι τὰ πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Τανάϊδος Τοῦρκοι νέμονται οἱ πάλαι Μασσαγέται καλούμενοι, οὓς Πέρσαι οἰκείᾳ γλώσσῃ Κερμιχίωνάς φασι. καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ τότε δῶρα καὶ πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ἰουστῖνον ἔστειλαν, δεόμενοι μὴ ὑποδέξασθαι αὐτὸν τοὺς Ἀβάρους. ὁ δὲ τὰ δῶρα λαβὼν καὶ ἀντιφιλοφρονησάμενος, ἀπέλυσεν εἰς τὰ οἰκεῖα. τοῖς δὲ Ἀβάροις ὕστερον ἐλθοῦσιν, καὶ Παννονίαν οἰκῆσαι καὶ εἰ-
P. 22 ρήνης τυχεῖν δεομένοις, διὰ τὸν πρὸς τοὺς Τούρκους λόγον καὶ τὰς συνθήκας οὐκ ἐσπείσατο.

Ὅτι τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης, βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ ἐν Βυζαντίῳ ὑπέδειξεν, οὔπω πρότερον ἐγνωσμένην Ῥωμαίοις. οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης, τὸ σπέρμα τῶν σκωλήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίου διεσώσατο, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις ἐπτεροφύησέ τε καὶ τἆλλα εἰργάσατο. ὧν τὴν τε γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὕστερον τοῖς Τούρκοις ὑποδείξας ἐθάμβησεν. οἱ γὰρ Τοῦρ-
Β κοι τότε τά τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τοὺς λιμένας κατεῖχον αὖτα δὲ πρὶν μὲν Πέρσαι κατεῖχον· Ἐφθαλάνου δὲ τοῦ

vero verbo quidem promitteret, non tamen re praestaret. Refert et in tota Mesopotamia terram movisse, initium nimirum calamitatum, quae subsecutae sunt.

In Oriente ad Tanaïm Turci degunt, qui Massagetae antiquitus dicti, a Persis sua lingua Kermichiones appellantur. Hi tempestate hac legatos cum muneribus ad Iustinum Imperatorem legarunt, ne Avaros reciperet, obsecrantes. Ille munera libenter accepit, omnique adeo benevolentiae atque humanitatis genere complexus, domum remisit. Cumque Avari mox accessissent, qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem pactasque conditiones repulsam tulerunt.

Bombycum originem homo quidam Persa, Iustiniano imperante, Constantinopoli ostendit, nunquam antea Romanis cognitam. Hic Persa e Serum regione profectus vermium semen ferula inclusum, Constantinopolim salvum deportavit, ac vere ineunte in alimentum mori foliis semina imposuit: quae foliis nutrita, et in alas se induerunt, et mire coeperunt operari. Ergo bombycum ortum texendique artificium cum post Turcis Iustinus Imperator ostendisset, vehementer obstupuerunt: nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, quae Persae prius tenuerant. Ephthalanus enim, Ephthalitarum

Ἐφθαλιτῶν βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ τὸ γένος ἔσχε τὴν κλῆσιν, Περόζην καὶ Πέρσας νικήσαντος, ἀφῃρέθησαν μὲν τούτων οἱ Πέρσαι, δεσπόται δὲ κατέστησαν Ἐφθαλῖται. οὓς μικρῷ ὕστερον μάχῃ νικήσαντες Τοῦρκοι ἀφεῖλον ἐξ αὐτῶν καὶ ταῦτα. Ἰουστῖνος δὲ Ζήμαρχον ἐς τοὺς Τούρκους πρέσβιν ἀπέστειλεν, ὃς καὶ λαμπρῶς ἑστιάσας τε τοὺς Τούρκους, καὶ ἐς τὰ μάλιστα φιλοφρονηθεὶς, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανῆει. διὸ καὶ ὁ Χοσρόης ἐπ' Αἰθίοπας, φίλους ὄντας Ῥωμαίοις, τοὺς πάλαι μὲν Μακροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, ἐστράτευσε· καὶ τόν τε βασιλέα τῶν Ὁμηριτῶν Σανατούρκην διὰ Μιράνους τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ ἐζώγρησε, τήν τε πόλιν αὐτῶν ἐξεπόρθησε, καὶ τὸ ἔθνος παρεστήσατο. διέξεισι δὲ καὶ ὅπως Ἀρμένιοι ὑπὸ Σουρήνου κακούμενοι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν εὐσέβειαν, τόν τε Σουρήναν ὁμοφρονήσαντες διὰ Οὐαρδάνου, οὗ τὸν ἀδελφὸν Μανουὴλ ἐτύγχανεν ἀνελὼν, καὶ δι' ἑτέρου τινὸς Οὐάρδου ἀνεῖλον, καὶ Περσῶν ἀποστάντες Ῥωμαίοις προσεχώρησαν, τὸ Δούβιος τὸ πόλισμα, ἐν ᾧ κατῴκουν, ἀπολιπόντες, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἤθη γενόμενοι. καὶ τοῦτο μάλιστα γέγονε τῆς τῶν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους σπονδῶν καταλύσεως αἴτιον. ἀπέστησαν δὲ παραυτίκα καὶ Ἴβηρες, καὶ προσεχώρησαν Ῥωμαίοις, Γοργένους αὐτῶν ἡγεμονεύοντος. ἦν δὲ τῶν Ἰβήρων τότε ἡ Τίφιλις μητρόπολις.

Ὅτι Μαρκιανὸς ὁ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως ἐξάδελ-

rex, a quo et appellationem universum genus traxit, Perozen et Persas cum vicisset, submoti his locis Persae, rerum vero potiti sunt Ephthalitae: quos post paulo Turci proelio superantes, his etiam finibus pepulerunt. Iustinus Zemarchum ad Turcos legatum misit: qui et publice eos epulis excipiens, omnique adeo officii genere exceptus Constantinopolim remissus est. Quamobrem etiam Chosroës in Aethiopas, amicos populi Romani, olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos, expeditionem suscepit, regemque Homeritarum, Sanaturcen, opera Meranis, Persarum ducis, vivum cepit, urbeque eorum direpta, incolas subiugavit. Armenii a Surena male accepti, maxime in pietatis religionisque negotio, Surenam, coniuratione facta per Vardanum, cuius fratrem Manuelem ille interfecerat, et alium quendam Vardum occiderunt, et a Persis deficientes ad Romanos transiere, relictoque oppido, quod incolebant, Dubii nomine, in Romanorum regionem commigrarunt, atque haec ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi foederis induciarumque cum Romanis. Desciverunt post hos statim etiam Iberes, et Gorgene ipsos ducente, ad Romanos transierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis tunc erat.

Marcianus, Iustini Imperatoris patruelis, Orientis dux iam re-

κδ'. Ἀλλὰ γὰρ πεπονθέναι τι ξένον ὁμολογῶ, καὶ οὐ ἡδονῆς τῶν σῶν ἀνδραγαθημάτων μὴ μετρεῖσθαι τῇ δυνάμει τοὺς λόγους, ἀλλὰ μακρηγορεῖν, ὡς οὐκ ἐν εἰδόσι τὰ οἷς διηγούμενος. ὅμως δὲ καὶ ὑμῖν ἥδιστον ἀεὶ περὶ τούτων ἀκούειν ὧν ποθοῦσιν ἡμῖν ἐγνώρισε πολλάκις ἡ φήμη. ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐρῶντάς φασι παντὸς μᾶλλον χρόνου ἐπισταμένους τὰ παιδικά, ὅσῳ καὶ μᾶλλον εἰδέναι φιλονεικοῦσιν, ὅμως μηδὲν ἡδέως λέγειν τε καὶ ἀκούειν, ὃ μὴ τούτων ἔχει τὴν μνήμην. τοὺς μὲν οὖν πάλαι λαμπροὺς ἔγωγε πολλάκις ἀκόων τεθαύμακα, καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν διανίσταμαι, καὶ τοὺς τοιούτους ἀεὶ τῶν πραγμάτων ἄρχειν ηὐξάμην, μηδ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν φορᾶς ἔρημον ἡμῖν γενέσθαι τὸν βίον. οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς τοιούτους ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ σεμνυνομένους εὑρίσκω. κἂν ἓν τις ἔχῃ μόνον, ὡς πάντα φέρων θαυμάζεται· σὺ δὲ τὰ ἁπάντων συλλαβὼν ἀρετὰς, καὶ τὸ ἑκάστῳ λεῖπον τῇ τοῦ ἑτέρου προσθήκῃ κοσμήσας, δι' ἑνὸς σαυτοῦ τὰς τῶν πολλαβόντων εἰκόνας δεικνύεις.

κε'. Κῦρον μὲν οὖν οἱ Πέρσαι θαυμάζουσιν, εὐεργέτην ἅμα καὶ πατέρα καλοῦντες· καὶ τὴν κρίσιν τέως οὐ μέμψομαι· ἐξ ὧν γὰρ ηὐτύχουν τὴν προσηγορίαν ἐδίδοσαν τῷ βασιλεῖ

4. ἡμῖν suprascr. ὑ cod., ἡμῖν Villois. 6. χρήματος pro χρόνου susp. N.

24. Sed mirum quoddam mihi accidisse confiteor, meque voluptate de tuis egregie factis dicendi abreptum orationem viribus meis non metiri, sed longum sermonem texere, quasi ignaris hominibus res tuas enarrem. Quamquam vobis quoque semper iucundissimum esse censeo de iis audire, quae facta esse nos fama relata saepius libenter audivimus. Hoc modo amantes ferunt, quamvis delicias suas melius quam cetera omnia noscant, unice scilicet de iis solliciti, nihil tamen libentius loqui neque audire, quam quo illorum memoria continetur. — Et homines quidem veteris aevi claros saepius, cum de iis audirem, admiratus sum, eorumque fama commotus tales semper rebus publicis praeesse, utque virorum bonorum proventu humanum genus nunquam careret, precatus sum. Illos tamen alium de alia re gloriantem invenio, et, si quis una sola excellat, tanquam omnia consecutum eum admirantur. Tu vero omnium coniunctis virtutibus adiectoque ex aliorum ornamentis quod unicuique deest, in te unum omnium qui ante fuerunt imagines ostendis.

25. Cyrum quidem Persae admirantur, patrem et salutis auctorem appellantes: quorum iudicium hactenus non reprehendam: nam e felicitate sua, regi cognomen dederunt, non propter Medorum

ἀλλ' οὐκ ἐξ ὧν ἠδίκηντο Μῆδοι καὶ Ἀστυάγης ὠδύρατο, μητρὸς πατὴρ ὑπάρχων τῷ Κύρῳ, καὶ πολιὰν ἔχων δι' ἐκεῖνον αἰχμάλωτον, καὶ, τὸ μέγιστον εἰς συμφοράν, ἐξ ὧν αὐτὸς ἐδυστύχει, τὸν ἐξ αὐτοῦ τρίτον παιδὸς ὁμοῦ παῖδα καὶ δεσπότην ἀποκαλῶν. καὶ οὕτως ἀδίκῳ πόθῳ καὶ δράμασιν οἰκείοις τὴν ἀρχὴν ἀνεδέξατο. καὶ ταῦτα σιδήρῳ καὶ μάχαις ἐπῆει τοὺς τῆς ἐλευθερίας ἐρῶντας, εἰς δουλείαν ἄγων καὶ νόμους ἀήθεις· καὶ τῶν προσηκόντων ἀνεδήσατο τὴν Ἀσίαν· σὺ δὲ ἔρωτι μὲν οὐδενί, ψήφῳ δὲ δικαίᾳ τὴν βασιλείαν ἀπολαβών, γέγονας ἡμῖν ἅπασιν, ὅπερ μόνοις τοῖς Πέρσαις ὁ Κῦρος· καὶ πρὸς τοὐναντίον ἐκείνῳ τῶν συνήθων φόρων ἀπαλλάξας. καὶ νῦν μία δοκεῖ πᾶσιν ἐλευθερία τὸ ὑπὸ σοὶ τελεῖν ἑκόντας, καὶ φιλανθρώπῳ πείθεσθαι νεύματι.

κϛ'. Τὸν Ἀγησίλαον ὑμνοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ σεμνοί τινες εἰσιν ἐπ' ἐκείνῳ φρονοῦντες· κἀγὼ δὲ μετ' ἐκείνων ἐραστής εἰμι, καὶ τεθαύμακα μόνον τῶν πώποτε Σπάρτης βασιλέων ἄρχεσθαι πρῶτον καλῶς ἐγνωκότα, καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν κομισάμενον. ἦν γὰρ ἰδεῖν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ πνέοντά τι Λακωνικὸν, καὶ τοὺς βαρβάρους παιδεύοντα σωφρονεῖν, καὶ πεπεῖσθαι καλῶς, ὅσον ἦν ἄρα χρῆμα τῆς Ἑλλάδος ἡ φύσις. ἤδη δὲ καὶ τῆς πατρίδος τὸ νοσοῦν τε καὶ

5. οἰκτροῖς coni. Villoïs. 6. μετὰ ταῦτα, 11. ἀπήλλαξας, et 14. σεμνὸν coni. idem.

calamitates, et quas Astyages deflebat, Cyri avus, canitie conspersus captiva, cuius miseriarum culmen erat, quod nepotem suum, natae filium simul et dominum appellabat. Quo quidem modo ille per iniustam cupiditatem et domesticas tragoedias imperium adeptus est. His peractis libertatis amantes ferro et bellis invasit, eosque ad servitutem et leges insuetas adegit: itaque per victoriam de necessariis Asiam obtinuit. Tu vero, nulla cupiditate sed iustis suffragiis ad imperium evectus, nobis omnibus idem factus es, quod Cyrus solis Persis: tum vero contra quam ille, consuetis tributis nos liberasti. Et nunc quidem ea unice libertas esse omnibus videtur, tibi sponte obedire et tuis iussis obtemperare.

26. Agesilaum Spartani celebrant et de eo magnifice sentiunt. Et ego quoque cum illis ipsum diligo et admiror unum ex omnibus, qui unquam Spartae regnarunt; propterea quod, cum parere didicerat, ad imperium accessit. Conspiciebatur in illo vir bonus, spiritus ducens Laconicos, qui barbaros docuerat modeste agere et cognoscere, quae esset Graeciae indoles. Porro ille quod in patria morbosum et seditiosum esset compescuit, et Spartam consiliis

στασιάζον κατέπαυσε, καὶ μίαν τὴν Σπάρτην ἐποίει τοῖς γνώμαις. ἀλλὰ μέχρι τούτων φρονεῖν οὐδὲν πλέον ἐπιτρέψομεν τοῖς Σπαρτιάταις, τὸν νέον ἔχοντες Ἀγησίλαον, ὃν βάρβαρος ἡρεμεῖ, τὴν ἀσπίδα κρεμάσας, καὶ τὴν εἰρήνην, καίτοι μὴ φίλην οὖσαν, ἀσπάζεται· τῆς ἀρχῆς δὲ ὅσον ἀτακτον εἰς σωφρονοῦντας μεταβέβληται, καὶ φέρειν ἔννομον εἰδότας ἀρχήν. τὸ δὲ τοῖς φίλοις ἀδίκως παρίστασθαι καὶ παρὰ τὸ δέον φιλονεικεῖν, δι' ὃ καὶ πῦρ ποτε πολέμιον τόπ πρῶτον εἶδεν ἡ Σπάρτη, καὶ τὸ ἄνθος ἐν Λεύκτροις ἀπέβαλε, ταῦτα δὲ Ἀγησίλαος ὁ πρώην ἐχέτω, πόρρω δὴ τούτων ἡμεῖς.

κζ'. Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππου πυθόμενος ἀξίαν γνώμην τῆς τοιαύτης παρέχεσθαι βασιλείας, χρυσίου ῥέοντος προτείνοντα χεῖρα τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν κρατοῦντα, ἤδη δὲ καὶ κρείττονος γενέσθαι φύσεως, πρώην μὲν ἠπίστουν, καὶ μῦθος ἄλλως ἐδόκει μοι τοῦτο καὶ πλάσμα. νῦν δὲ τοῖς ἔργοις ὁρῶ, ἃ τοῖς λόγοις ἀκούων ἐθαύμαζον. τοσοῦτον περὶ τούτου γινώσκω· εἰ τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος, οἷος ἡμῖν αὐτὸς προῆλθες τῇ πείρᾳ, πείθομαι τοῦτον τοῖς πᾶσι νενικηκέναι, καὶ Διὸς εἶναι παῖδα, καὶ Φιλίππου ἠπατῆσθαι.

κη'. Καὶ οὕτως ἡμῖν προῆλθες, πάντας ἀποκρύπτων τὰ

10. δὴ coni. Schop. πρώην Villois., πρῶν cod. 16. ἄλλως Villois., ἄλλος cod.

ad concordiam adduxit. Iam vero superbire Spartanis non ultra concedemus, cum novum habeamus Agesilaum, per quem barbarus suspenso clipeo quiescit, et pacem quamvis ingratam amplectitur, quicquid vero in imperio turbatum erat ad temperantiam et legitimum ordinem revocatum est. Verumenim amicis iniuste adesse, ac praeter fas honori servire, unde tunc primum hostium ignem Sparta vidit, floremque apud Leuctra amisit, haec antiquus ille Agesilaus sibi habeto, nos ab istis longe remoti sumus.

27. Cum vero audirem Alexandrum, Philippi filium, animum tanto imperio dignum exhibuisse, cum manum subditis porrigens auro redundantem, et voluptatibus corporis imperaret, imo vero divina natura praeditum fuisse, antea quidem incredulus fabulam hanc esse temere confictam putabam. Nunc vero expertus video quae verbis tradita mirabar. Sic de illo sentio: siquidem talis erat, qualem te usu compertum habemus, credo eum omnibus excelluisse, et Iovis fuisse filium, ac Philippum deceptum.

28. Atque sic nobis processisti, omnes miraculo occultans. Hinc

θαύματι. ὅθεν ἡμῖν αἱ πόλεις εὐδαίμονες, χοροῖς μεμελημέναι καὶ πανηγύρεσιν· εἰρήνη γὰρ ἡμῖν τοῖς πράγμασιν ἐπανθεῖ· Ἄρης δὲ καὶ στάσις πόρρω τῶν ἡμετέρων πλανᾶται. πλεῖται μὲν τοῖς ἐμπόροις ἀκινδύνως ἡ θάλαττα· ἐπὶ δὲ κούφαις ἐλπίσιν ἡ γῆ γεωργεῖται· κράνος δὲ καὶ δόρυ καὶ ξίφος εἰς ἄροτρα μετεσκεύασται καὶ φίλας προσηγορίας·

„τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι."

κϑ'. Τὰ δὲ τῶν ὡρῶν τεταγμένα, καὶ πάντα κατὰ φύσιν προέρχεται. τὸ γὰρ θεῖον εὐμενὲς, ἐπ' εὐσεβέσιν ἔργοις οὐσίως τιμώμενον· καὶ φαιδραὶ μὲν αἱ πόλεις, ἄλλη κατ' ἄλλα σεμνυνομένη· πᾶσαι δὲ κοινὸν προβέβληνται κόσμον, τὰς σὰς εἰκόνας ἐπ' εὐεργεσίαις ἱστῶσαι· καὶ μετ' ἐκείνων ἡμεῖς· ἐφ' αἷς δήμου μὲν οὐ συνάγομεν θέατρα καὶ παρὰ σοὶ, κριτῇ σώφρονι, λίαν ἀπερρίμμενα· ἐν τούτοις γὰρ φορτική τις ἡ τέρψις· καὶ ὄχλον ἀγοραῖον ἰδεῖν ἐστιν εὐφραινόμενον. ὅθεν ταῦτα μὲν χαίρειν ἐῶμεν· λόγοι δὲ τὰς σὰς εἰκόνας τιμῶσι, καὶ λόγων ἀγῶνες, καὶ διὰ τούτων αἱ Μοῦσαι.

λ'. Ἀλλὰ τί ποτε ταύταις ἐπιγράψομεν; τί τῆς ἀξίας ἐχόμενον; ἢ πάντως ἐκεῖνα· „ἡ πόλις τὸν εὐεργέτην, δι' οὗ νῦν αὐχένα τε γαῦρον ἐπαίρω καὶ πόλις εἰμί;" ἀλλ' εἴη σὲ μὲν ἐσαεὶ διέπειν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, πλείστους δὲ τοιούτους ἀγαθοὺς ἔχειν ἄνδρας τῶν πραγμάτων προεστη-

8. ὡρῶν Villois, ὁρῶν cod. 12. εὐεργεσιαις N., εὐεργεσίας ed.

urbes nostrae felices choreis et ludis vacant. Pax enim in rebus nostris floret, Mars et seditio procul a nobis pulsi sunt, mercatores securi per mare navigant: laeta cum spe ager colitur; at galea cum hasta et gladio in aratra et grata mutata sunt nomina: mulieres vero genitoribus similes pariunt natos.

29. Quae autem anni tempora ferunt, ex ordine et secundum naturam procedunt. Numen enim, cum factis piis caste cultum, propitium est. Splendent urbes, alia aliis superbiens; omnes autem communem ornatum induunt, tuis imaginibus benefactorum gratia positis: et nos idem quod illae facimus. Ad quas inaugurandas non plebis concionem indicimus, rem a te, iudice prudenti, magnopere contemptam. Illic enim vilis voluptas, et delectatio turbae forensis conspicitur. Quare haec missa fecimus: orationes autem tuas imagines venerantur, et orationum certamina et in illis Musae.

30. Sed quid tandem his inscribemus? quid pro dignitate satis esse poterit? Num haec utique: „Urbs auctori salutis, per quem nunc cervicem attollo superbam et urbs sum?" Utinam vero tu in aeternum tempus Romanorum imperium regere possis, plurimosque ta-

κότας· τὰς δὲ πόλεις ὑπ' εὐτυχίαις στεφάνους πλέκειν, καὶ γραφὰς ἀνατιθέναι, καὶ ᾄδειν ὑμνούσας· ποιητῶν δὲ παῖδας καὶ ῥήτορας, ἀμφὶ σοὶ κινοῦντας τὴν γλῶτταν, εὐπορεῖν ἀεὶ καὶ τοῖς σοῖς τροπαίοις ἁβρύνεσθαι.

2. *ὕμνους* coni. N.

les habere viros bonos, quos rebus praeficias: at civitates ob felix aevum nectant coronas, et tabulas dedicent et hymnos canant: denique vatum filii et oratores, tuas laudes celebrantes, semper abundent ac tuis tropaeis delectentur.

LAUDES SAPIENTISSIMI IMPERATORIS ANASTASII, ISAURICI ET PARTHICI ET GOTTHICI VICTORIS, DICTAE A PRISCIANO GRAMMATICO.

ARGUMENTUM.

Prooemium (1 — 10). *Anastasius e stirpe Pompeii* (11 — 15). *Isaurorum sub Zenone violentia* (21 — 37). *Virtutes Anastasii, optimis Imperatoribus comparati* (33—49). *Bellum Isauricum* (50—132). *Delatores urbe eiecti* (133 — 139). *Chrysargyri vectigal funditus sublatum* (149 — 170). *Triumphus Imperatoris* (171 — 179). *Iustitia redux* (180 — 183). *Oppida restaurata* (184 — 192). *Vitia in administranda re publica correcta* (193 — 205). *Horrea constituta* (206—217). *Circi crudelitas abolita* (218—227). *Multiplex Imperatoris clementia, qui Italis exulibus, virisque doctis favet* (228—253). *Arabes Scenitae repressi* (254 — 260). *Anastasius Deo dilectus, periculoque ereptus* (261 — 290). *Paulus, Imp. frater, Hypatius, sororis filius, Ariadna Augusta laudati* (290 — 308). *Peroratio* (309 — 312).

PRAEFATIO.

Summi poëtae quae solent in versibus,
Quos Imperatorum modulantur laudibus
Proferre, caelum cum petunt et sidera,
Adversa naturae sequentes impie;
Tibi sciens quod displicent nimis pio,
Nihil nefandum, nil nisi verum loquar.
Nam qui tribuit mortalibus caelestia,
Sapientium damnatur arbitrio pari;
Et si qua vere praedicat, non creditur,
Cum falsa ceperit canens exordia.

9. *praedicant* cod.

Et Romae caecos rapiendas traxit ad arces,
Vindicta ut pereant merita, lucemque relinquant.
Tristia nam rursus cupientes damna referre,
Et Latiis multo regnis peiora minantes,
Principis invicti felix exercitus armis,
Ductoresque fide nec non virtute potentes,
Omnibus adficiunt caesos profugosque ruinis,
Cum ducibus sceleris ducentibus improba signa.
Ut leo, qui regnans silva dominatur in alta,
Per Libyae saltus, nisi nobilis ira lacessat,
Non movet arma, suas stimulat nec verbere vires;
At si commoveat clamor, si turba coronae,
Infremit horrendum; simul et distendit hiatus
Sanguineis torquens ardentia lumina flammis,
Et ruit in medium, prosternens arma virosque;
Nec vis ulla potest venienti obsistere contra;
Impetus hos frangit, pulsos hos emetit unguis,
Pars lacerata iacent inimici dentibus oris;
Hos metus exanimat pereuntes vulnere nullo:
Viribus Augustus sic saevos perculit hostes,
Per varios sternens casus non fanda furentes.
Graecia iam taceat iactans mihi Bellerophonten,
Qui vicit Solymos, ut rursus bella moverent.
At semel hos dominus noster felicibus armis
Sic domuit, post haec ne possint esse rebelles;
Quod nec ductorum Servilius optimus olim,
Pro merito laudum cui nomen Isauricus illo
Marte datum fuerat, potuit praestare Latinis.
Non illos aurum, non vis, non copia ferri,
Nec castella quidem praeruptis ardua saxis,
Nec tantae validis munitae moenibus urbes,
Quantas non ullus victorum ceperat ante,
Exitiis rapiunt dignis et principis ira.
Et qui spe fluxa frustrati cuncta tenebant,
Nil satis esse sibi credentes tela movendo,
Cautibus angustis conclusi fata trahebant
Peioremque famem crudeli morte tulerunt,

64. *Ducturesque* cod.

Quae plus corrupit, quam cetera funera, victos.
Et mentes avidas orbis consumpsit egestas.
Principe pro iusto taceat quis fulminis ictus?
Nam quos non valuit robur corrumpere Martis,
Nec tot ductorum circumdata moenia vallo,
Deiicit hos summi genitoris dextera flagrans,
Iniustos contra praesenti numine pugnans.
O pietas praestans, toto memorabilis aevo,
Pro qua cum ventis sociantur proelia nimbis,
Ignibus et rapidis armantur fulgura bello,
Percutiuntque sono concussa tonitrua montes.
Quid tempestates memorabo fluctibus ortas,
Atque hostis Lyciae proiectas littore classis?
Cum vice Romani functae sunt militis undae,
Sceptrifer et cepit pelago pugnante triumphum;
Omnia sic habuit virtus elementa saluti.
Quis repetat totiens acies stragesque peractas,
Aequatasque solo sublimi tegmine turres?
Agminibus domitis cum parte cadentibus omni,
Flumina torrebant fluviis mutata cruoris;
Et prope corporibus raptis sunt ostia clausa.
Tunc mare confuso rutilavit sanguine victum,
Et saturi pisces tempsere cadavera plura.
Sic qui sperabant captivas ducere matres,
Atque frui spoliis urbis sacrique palati,
Et reges iterum, infandum! se reddere nobis,
Lumine cum caeli terrae caruere sepulcris.
At reliqui patrias aedes urbesque relinquunt,
Orbati natis, lugentes pignora cara;
Moenia subvertunt, quaecumque reliquerat ignis,
Et vix aetherio poenas sensere Tonanti
Reddere se iustas, contempto mille per annos,
Ultoremque Deum post clades esse fatentur,
Atque sui casus se causam scire fuisse.
Sed tamen Augusti superat clementia cuncta,
Qui stratos relevat, domuit quos Marte superbos,
Hostibus et pacis concedit munera pacis,
Gaudens nunc proceres securos fidere vita,

Imperiumque suum vivendi ponere fructum.
Insidias nemo diras metuitque venenum
Linguae, quo multi ceciderunt crimine ficto.
Perdita res populi fuerat sub tempore diro;
Restituit tamen hanc domini prudentia mira,
Perficiens firmum, quod cepit debile, regnum.
Multa simul vario concurrunt ordine rerum,
Diversosque trahunt angusto pectore sensus.
Ac veluti Delphis Phoebas cum numine plena
Omnia quae fuerant, quae sunt, pariterque futura
Conspicit et cupiens prohibetur prodere luci:
Sic ego concipiens tua, Princeps, plurima facta,
Quae tibi debentur diversis partibus orbis,
Non possum verbis animo proferre parata.
Quocirca laudum relego fastigia summa.
Nunc hominum generi laetissima saecula currunt,
Quos inopes dudum faciebant iussa nefanda,
Quae propter multi sedes fugere parentum,
Quae pater et dominus terrae delevit in aevum,
Argenti relevans atque auri pondere mundum;
Perpetuoque parans sibi maxima praemia caeli
Divitias temnit, quo prodest omnibus unus.
Namque cibum poterant qui vix adquirere vitae,
Oblato miseri thensauris munere flebant,
Munere cum gemitu tristi lacrymisque coacto.
Quippe dabat causas violentis lucra parandi
Et mala, quae plures pridem dixere, canentes
Romano vestras vel Graio carmine laudes.
Et quo sceptra loco dederat tibi rector Olympi,
Quo caput ipse tuum primo diademate cinxit,
Hic sibi donari librorum vidit acervos,
Censibus infestos, servantes scripta dolorum,
Munera suscipiens flammis aeterna beatis.
Ad quas accessit placidus magis omnibus aris,
Aspexit vestros radiis sol aureus ignes;
Et placuere diem violantia lumina fumo,
Quae pura fulgens accendis mente serenus.
Ipse locus vobis ostendit iure tropaea;

Obtulit et vinctos oculis domitosque tyrannos,
Ante pedes vestros mediis Circensibus actos.
Aemilius quondam Paulus, fortissimus ille,
Hic regem Persen, populo spectante Latino,
Curribus invectus Tarpeiam traxit ad arcem,
Placavitque Iovem Capitolia templa tenentem.
Omnipotens sed te Superum conspexit ab arce,
Numina placantem caelestia, templa tenentis.
Auspiciis gaude, Princeps, felicibus aulae!
Cui Deus omniparens renovandum credidit orbem,
Iustitiamque iubet descendere rursus ab axe,
Et faciles precibus populorum praebuit aures.
Quorum prostratas recreasti funditus urbes
Portibus et muris, undarum et tractibus altis.
Nunc tuto nautae repetunt hic ostia velis,
Qui dubio quondam peiora pericula ponto
Iam patrias oras tolerabant nave tenentes;
Naufragium navibus fessis statione minante,
Disiectis claustris, quibus aequor frangitur altum.
Sed nunc vota Deo servati pectore toto
Pro pietate tua, qua respicis omnia, fundunt.
Agricolas miserans dispendia saeva relaxas;
Curia perversis nam cessat moribus omnis,
Nec licet iniustis solito contemnere leges.
Nunc equites horrent rectorum iussa vehentes,
Nec lucri causa commiscent sacra profanis.
Iudicis ipse sedens iudex caelestis imago
Per te respondes populis oracula sancta,
Proicis et nullos, nisi qui non iusta reposcunt.
Aurum non adhibes, moderantes ante solebant
Quod dare, ne liceat socios evertere furtis,
Exemploque doces quaestum contemnere turpem.
Tirones forti numeros nunc milite complent,
Veraque non pretio, sed robore, signa merentur.
Quid, quod dispensas cerealia munera vitae,
Luxurie prohibens urbes cautusque futuri.
Nec sensum populis caeli paenuria praebet,

186. *hic* Endl., *vix* cod.

Si desint imbres; nec linquit copia victus,
Consiliisque tuis servamur saepe paternis.
Aegyptum septem sic servat Iosiphus annos,
Ille, pudicitiae meruit qui sidera fama,
Cuius placavit sapientia numinis iras,
Memphitae regis solvens insomnia mira.
Horrea nam primus Nili construxerat oris,
Luxurie prohibens urbes cautusque futuri,
Atque famem potuit divina vincere cura.
Per te seditio penitus deletur ab urbe,
Innocuos spolians sub terras sole retracto.
Nam cives mediis caedebant moenibus ense,
Bacchantes stimulis vini, plausuque frementes,
Et spoliis pacis gaudentes nocte paratis.
Ipse vetas ludos, animarum damna, nefandos,
Atque voluptates prohibes a sanguine sumi,
Corporis et causa pascendi perdere vitam;
Humanos arcens lacerari dentibus artus,
Dentibus, armatur rabies quibus atra ferarum.
Et superans omnes mentis novitate benignae,
Sufficis haud animo cupienti commoda cunctis
Largiri, quamvis numerum vincentia donas,
Ingenuos relevans, occulte munera praestans.
Namque cupis Superi te cerni lumine solo;
Corrupitque tuum non ulla superbia pectus,
Affectusque bonos minime fortuna novavit.
Et quicumque, prius caperes quam sceptra rogatus,
Offendit propriae temeratus crimine culpae,
Felicis domini fruitur nunc tempore laeto,
Praemia pro poenis speratis sumere mirans.
Omnia sed superat, Princeps, praeconia vestra
Propositum sapiens, quo fidos eligis aulae
Custodes, per quos Romana potentia crescat,
Et quo, Roma vetus misit quoscunque, benigne
Sustentas, omni penitus ratione fovendo,
Provehis et gradibus praeclaris laetus honorum,
Ne damni patriae sensus fiantve dolores.
Fortunam quare tibi debent atque salutem,

Votaque suscipiunt pro te noctesque diesque.
Nec non eloquio decoratos, maxime Princeps,
Quos doctrina potens et sudor musicus auget,
Quorum Romanas munit sapientia leges,
Adsumis socios, iusto moderamine rerum,
Et solus doctis das praemia digna labore,
Muneribus ditans et pascens mente benigna.
Haec propter celsi dominator maximus axis
Infestos vestris avertit ab arcibus hostes,
Quos furor iniustus violato foedere movit
Euphratis vasti prope maxima flumina raptim,
Ex improviso latronum more ruentes.
Sed Deus in propriam cladem converterat illos,
Consiliisque tuis iustissima damna tulerunt.
Haec eadem cunctos, bello quicunque lacessunt
Imperii columen vestri pacemque, manebunt;
Ut sol oceano tollens mergensque iugales
Cernat Anastasii florere per omnia nomen.
Utraque Roma tibi nam spero pareat uni,
Auxilio summi, qui conspicit omnia, Patris,
Quem placas omni stabilis pietate per orbem,
Templa novans renovansque Deo fulgentia semper,
Lucraque vera putans aurum consumere iuste.
Experti nuper sumus ergo, Sceptrifer, omnes,
Quanta tuum pectus servat praesentia regis
Caelestis, propria bonitate pericula pellens.
Nam cum mole nova supra te navis iniqua
Sese cum ventis veheret velisque nefandis,
Atque salus dubiae penderet maxima vitae,
Vitae, qua leges Latiae, qua cuncta tenentur:
Ipse Deus pelago praesens exhausit ab alto,
Quantus adest pro te, ostendens discrimine magno,
Non aliter summum solitus monstrare favorem.
Sancta pios homines testantur scripta per aevum,
In quibus historiae tales sunt mille bonorum,
Quorum sic virtus praefulserat omnibus annis,
Dextra quod eripuit divina e casibus illos.

270. *omnis* cod.

Nec prius enituit pietas, quam tecta salute,
Ex insperato dederat quam Numen Olympi.
Hoc rex omnipotens in vobis ipse probavit,
Qui peperit mundum, qui lumine cuncta tuetur,
Quem recolens animo veneraris tempus in omne,
Pignoribus dignis decoratus sanguinis apti.
Nam quid commemorem Pauli mitissima corda,
Quem tibi coniungit munimen laudis honestas,
Non solum generis venerandi vincula sacra?
Nam mores sequitur mediocres pectore casto.
Ore canam quonam pietatis culmina tantae,
Qua fratris natos animo complecteris aequo,
Non patrui tantum, sed patris more colendo?
Indole quos nutris dignos et stirpe parentum.
Hypatii vestri referam fortissima facta,
Qui Scythicas gentes ripis depellit ab Histri,
Quem vidit validum Parthus, sensitque timendum?
Quas laudes meritas Augustae dicere possim?
Auctor quae fuerat tantorum et causa bonorum,
Dum patrium munit tam firmo principe regnum,
Permittitque viro mundum seseque tuendam.
Ex omni sensus invicta cupidine prava,
Cuius fama piae vulgatur in omnibus oris.
Plus fecit quam quod sexus concesserat illi,
Provida cum tantum Romano profuit orbi.
Numen, quod caelum, terram pontumque revisit,
Ausoniis servet regnis haec munera semper,
Barbariaeque ferae capiant iuga vera subactae,
Votaque firmentur populi sanctique senatus.

NOTAE

HENRICI VALESII,

PHILIPPI LABBAEI

ET

IO. BAPT. CASP. VILLOISONIS.

HENRICI VALESII NOTAE

IN EXCERPTA

CONSTANTINI PORPHYROGENITI

DE LEGATIONIBUS.

E DEXIPPO.

Pag. 7. A. *ed. Par.* [*Pag.* 11. *ed. Bonn. lin.* 2. *inscript.*] Dubitari merito potest, an e Dexippi Scythicis, an vero ex eiusdem Chronicorum libris haec fragmenta descripta sint. Nam praeter Scythica, quae laudantur a Photio, scripserat etiam Dexippus Chronicorum libros, quorum duntaxat epitomen legerat Photius. Eorum mentio fit a Constantino nostro in l. 2. de thematibus, ubi de Dyrrhachio loquitur. Sed a vulgatis editionibus perperam eius libri titulus scribitur: *Δέξιππος ἐν Χερρονικῷ δεκάτῳ*, cum scribendum sit *Χρονικῶν δεκάτῳ*. Eiusdem operis undecimus et duodecimus liber citatur a Stephano et ab Auctore magni Etymologici, in voce *Ἔλουροι*. Eunapius quoque in vita Porphyrii id opus commemorat, cum ait: *Δέξιππος ὁ τὴν χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας*. De Scythicis autem praeter Photium loqui etiam videtur Euagrius in fine libri quinti historiae Ecclesiasticae, ubi de historia Dexippi sic ait: *καὶ Δεξίππῳ δὲ πλεῖστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ* etc. Sed non dubito, quin scribendum sit *ἀπὸ Σκυθικῶν*. p. 203 v. 135

Pag. 10. A. B. [16, 5.] Lege: *μηδ' εἰς εὐεργεσίας λόγον προϊσχόμενοι τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν*. Vulgo *μηδεὶς* legitur nullo sensu: quod Cantoclarum Interpretem fefellit.

Pag. 11. A. [17, 16.] Lego: *νῦν τε καὶ ἔπειτα τῷ χρόνῳ συμπαραθέουσαν. τάς τε Γαλβιόνων συμφορὰς* etc., sed aliquid deest post haec verba. Qui sint autem Galbiones,

quos Aurelianus cum Scythis a se victos esse gloriatur, obscurum est. Chabiones quidem seu Chaibones in vetere panegyrico memorantur: sed an iidem sint cum his Dexippi Galbionibus, alii viderint. Paulo post lege: ἡμεῖς δὲ ἐπὶ ταῖς.

Pag. 11. C. [18, 21.] ἐπείληπται γὰρ Ῥοδανοῦ μὲν εἴσω καὶ τῶν ἡμετέρων ὁρίων. Mendum est in v. Ῥοδανοῦ, pro qua fortasse Ἠριδανοῦ legendum est. Iuthungi enim Italiam invaserant, qui tum undique circumclusi ab Aurelio tenebantur fame oppressi.

EX HISTORIA EUNAPII.

P. 204 *Pag.* 19. C. [49, 4.] οὐκ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὸν θεῖον. Totus hic locus pessime acceptus est ab Interprete. Verte igitur: *Tandem Imperator eos recipere decrevit, partim ex aemulatione adversus consortes imperii, (erant hi fratris filii, ut superius dictum est, qui paternum imperium inter se arbitratu suo diviserant inconsulto patruo,) partim etiam, quod maxima virium accessione aucturus sibi imperium videbatur has ob causas iussit* etc.

Pag. 19. D. [49, 10.] In fine legendum est continue: τοῖς σώμασιν ἐκινδύνευσαν, ὅτι πολεμίους διέφθειραν, ut recte ediderat Henricus Commelinus in editione sua Eunapii.

Pag. 20. A. [50, 3.] τὸ τῶν στρωμάτων ἐπ' ἀμφότερα θυσανοειδές. Intelligit tapetes utrimque villosos, qui uno verbo ἀμφίμαλλοι dicuntur: qualia sunt stragula e lana, quibus lectos operimus. His opponuntur tapetes ἑτερόμαλλοι, cuiusmodi sunt ii, quos Turcicos et Persicos vocamus: sic Gaza vocem θυσανώδη interpretatus est in Theophrasti historia plantarum. Quodsi quis cum Cantoclaro maluerit interpretari stragula utrimque fimbriata, equidem non valde repugnabo.

Pag. 20. B. [50, 16.] παῖδες ἐκείνων τὰ βασιλικὰ παράσημα ἔχοντες. Male Cantoclarus vertit *signa regia gerebant*, cum potius insignia vertere debuisset. Id enim sibi vult Eunapius, pueros Gothorum impuberes inter Imperatoris ministros adscriptos fuisse, et cultu regio vestitos. Nam paedagogiani pueri purpura induebantur, ut docet Marcellinus in rebus Procopii. Sunt igitur βασιλικὰ παράσημα quos colores regios vocamus vernaculo sermone, quos etiam in regalibus pedisequis magnopere Galli venerantur.

Pag. 20. D. [51, 17.] ὥστε χρυσὸν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θρᾴκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν. Verte: *Ut vetus illa Mysorum praedatio proverbio celebrata, cum hac Thraciae vastatione collata, aurum esse videretur.* Hanc Grae-

ci sermonis elegantiam non intellexit Interpres, ut ex ipsius versione satis apparet. Eadem phrasi usus erat Eunapius in gestis Carini Augusti. *Καρῖνος*, inquit, *ὁ βασιλεὺς γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ βουλήσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, ὥστε ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα.* Quem Eunapii locum citat Suidas in v. *Μακρῷ*, et in v. *Καρῖνος*; est autem phrasis elegans, et plane Attica, qua utitur etiam Plato in epist. 7. ad Dionis propinquos, ubi loquitur de 30. tyrannis, qui reip. constituendae causa ab Atheniensibus creati fuerant; sic ait: *ὁρῶν δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν.* Similiter Dio in l. 47. historiae Rom.: *οὕτω τὰ πράγματα πρός τε τὸ βούλημα καὶ πρὸς τὸ ἐπιθύμημα τὸ ἑαυτῶν διῆγον, ὥστε χρυσὸν τὴν τοῦ Ἰουλίου Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι.* Male apud Ioannem Zonaram in tomo 2. Annal. pag. 141. legitur: *ὥστε χρηστὴν τὴν τοῦ ἀνῃρημένου Καίσαρος μοναρχίαν νομίζεσθαι.* Scribendum enim est *χρυσῆν* ex Dione, quem Zonaras exscripsit. Denique Conon, vetus scriptor, in narrat. 13. apud Photium: *χρυσὸς ἂν αὐταῖς δόξειε τὰ τῆς Τροΐας κακά.*

EX HISTORIA PETRI PATRICII.

Pag. 23. [121, 2. *inscript.*] Hic Petrus oriundus fuit Thessalonica, qui cum rhetor esset Constantinopoli, et omnium saeculi sui prudentissimus, et ad persuadendum aptissimus haberetur, legatus ad Amalasuntham missus est a Iustiniano, ut refert Procopius l. 1. Gothicorum pag. 170.; idem postea ob legationem bene atque e rep. gestam magistri officiorum dignitate auctus est, teste Procopio in l. 2. Gothicorum pag. 244. Is ipse est, cuius meminit Theodadus in epist. ad Iustinianum Imp., quae relata est in l. 9. Variarum Cas- P. 205
siodori, ubi vir eloquentissimus dicitur. Missus est quoque legatus ad Chosroëm, regem Persarum, ut tradit Procopius in lib. 4. Gothicorum pag. 333., ubi Patricius appellatur. Eiusdem meminit Stephanus Byzantius in v. *Ἀκόναι*. Memoratur etiam in epist. encyclica Vigilii Papae ad universam Ecclesiam, et in Synodo quinta.

Pag. 24. A. [122, 18.] Haec omnia de legatione Decebali ad Traianum missa iisdem plane verbis scripta habentur in Excerptis legationum ex historia Dionis Cassii, quae a Fulvio Ursino primum sunt edita, ut necesse sit, Petrum Patricium Dionis scrinia compilasse. Ceterum *πιλοφόρους* Dacorum commemorat etiam Aurelius Victor in Traiano, ubi

pileatos Dacorum vocat, perinde ac Paulinus in Carmine de Niceta, Daciae Episcopo, his versibus:

Et Getae currunt et uterque Dacus,
Qui colit terrae medio, vel ille
Divitis multo bove pileatus
Accola ripae.

Sic enim in Paulino legendum esse monuit me Hadrianus Valesius frater, non, ut vulgo scribitur, *pelleatus*. De his Dacorum et Getarum pileis loquitur etiam Dio Chrysost. in orat. V. 13671. pag. 628.: ἔνθα γὰρ ἐνιότε βλέποντες ἀνθρώπους, τοὺς μέν τινας πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντας, ὡς νῦν τῶν Θρᾳκῶν τινες τῶν Γετῶν λεγομένων.

Pag. 25. C. [126, 1.] Lego: καὶ κατὰ τὴν τοῦ Μητροβίλου ἀρχήν. Porro haec ante Valeriani Imp. tempora videntur esse gesta, quod docet caput sequens de Sapore, qui contento cursu Persidem repetiisse dicitur: victus scilicet a Callisto et Odaenatho, ut docet Zonaras.

Pag. 26. C. [127, 18.] Lege continue absque ulla distinctione: οὐδὲ νῦν δύνασθαι κατ' ἀξίαν χάριτας ὁμολογεῖν, ὅτι ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενόμενοι etc. Male ὅτι vulgo scribitur a linea, quod Cantoclarum fefellit. Antea scribe: ἢ ὅπλοις περιὼν etc. Post hanc legationem Narsaei, regis Persarum, ad Galerium Caesarem sequi debet caput illud, quod legitur pag. 29. D.: Ὅτι Γαλέριος, ut series historiae satis indicat.

Pag. 27. B. [129, 2.] τὴν βαστάγην αὐτοῦ μετὰ τῆς βασιλικῆς ὑπηρεσίας κατέσχον. Pessime hunc locum vertit Cantoclarus. Verte igitur: *Deinde cum belli incertos exitus reputaret Constantinus, cumque Liciniani occultis insidiis iumenta sarcinalia et suppellectilem regiam cepissent, eum in conspectum suum admisit.* Bastaga enim id significat, quod dixi. Eius mentio fit in Notitia imperii Romani, eratque sub dispositione comitis largitionum et rerum privatarum.

Pag. 27. B. C. [129, 13.] τὸν οἰκεῖον γαμβρόν. Sororium suum Licinium Constantinus γαμβρὸν vocat. Sic Themistius in orat. 16. sub fin. Licinium Constantini γαμβρὸν appellat, et auctor vitae Metrophanis in Bibliotheca Photii. Eodem modo Scholiastes Lycophronis p. 183. de Aenea dicit: γαμβρὸς αὐτῆς τῆς Κασσάνδρας ἐπὶ Κρεούσῃ τῇ ταύτης ἀδελφῇ. Plura notavit Cuiacius in libro. 6. observ. et Bongarsius in Notis ad Iustinum.

Pag. 29. C. [134, 17.] ἀντιγραφέα τῆς μνήμης. Verte *Magistrum memoriae*, ut observavi in Notis ad Amm. Marcellinum. Menander in lib. 6. hist. p. 98. ἀντιγραφέας dici ait τοὺς βασιλικοὺς διαιτητάς, id est, proximos sacrarum cognitionum.

Pag. 29. A. [134, 3.] ὅτι ὁ *Δέναθος*, scribe, ὅτι *Ὀδαίναθος*. Sic enim hoc nomen scribitur apud Libanium in epist. 999. et apud Suidam in *Ὀδαίναθος*, qui locus descriptus est ex Damascio in Isidori vita. Ita etiam scribitur apud Euagrium in fine libri V. Porro hoc fragmentum cum superiore collocandum erat pag. 24. D. aut 25. C.

EX HISTORIA PRISCI RHETORIS.

Pag. 33. A. [140, 1.] Ut ordo servetur historiae, collocanda est ante omnia legatio illa Ruae, regis Hunnorum, quae pag. 47. A. habetur. Nam Margus et Viminacium post obitum Ruae ab Attila captum est, ut docet pag. 59. D.

Pag. 47. A. [167, 1.] *Ἀμιλζούροις καὶ Ἰτιμάροις* etc. P. 206 Harum gentium nomina paulo aliter refert Iordanes in Gothicis: *Alipsuros, Itimaros, Tuncarsos et Boiscos Hunni rapuere.*

Pag. 48. B. [168, 7.] Post hanc legationem collocanda sunt ea, quae habes pag. 33. A. et sequentibus.

Pag. 35. B. [143, 3.] *τοὺς κατὰ χρόνον τινὰ τὴν βαρυτάτην κουφισθέντας τῆς γῆς ἀποτίμησιν.* Hunc locum fusius explicavi in Annotationibus ad lib. 19. Ammiani Marcellini, pag. 167., ubi de census relevatione affatim dixi. Graeci *κουφισμὸν* vocant. Sic Theodoretus in epist. 43. et 47. et vetus inscriptio apud Gruterum pag. 1116.:

Ἑσπερίης πάσης χθονὸς ὄβριμον ἴθυντῆρα
Μάρκελλον ὁ Θρασὺς μάρψε μόρος ταμίην·
Ἑλλάδος ἀγλαὸν ἔρνος, ὃς εὐδοκίῃ Κυκλάδων γῆς
Κουφίζων πόλιας ϑῆκεν ἐλαφροτέρας.

Ceterum haec relevatio aut principum beneficio concedebatur, aut iudicum sententia, ut ait Priscus. Iudices autem intelligo peraequatores aut censitores, qui ad inspiciendos ac relevandos provincialium census a principe mittebantur.

Pag. 35. B. [143, 6.] *ἐν τῇ γερουσίᾳ ἄνω γεγραμμένοι.* Videtur scribendum esse *ἀναγεγραμμένοι*. Omnes enim senatores aurum conferre cogebantur, tam nuper allecti, quam ii, qui pridem in Senatum adscripti fuerant. Conferre autem cogebantur Senatores certum auri pondus in praemium suae dignitatis. Sic enim vertenda sunt haec verba, *ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἀξίας*, non ut Cantoclarus vertit, *ultra quam facultates ferre poterant.*

Pag. 37. A. [146, 9.] Lege *παντὶ ὑπήκουον ἐπιτάγματι.*

Pag. 37. B. [146, 19.] Post haec verba, *καὶ στρατηγοὺς χειροτονοῦντες*, p. 37. B., videtur collocanda legatio illa: *ὅτι*

Θεόδωρος ἔπεμπε Σηνάτορα, pag. 48. B., nisi potius ante Cherronense proelium locanda sit, quod verum puto.

Pag. 37. D. [147, 21.] De Chrysaphio, *τῷ βασιλέως ὑπασπιστῇ*, verte, *Chrysaphium Imperatoris spatharium.* Sic enim appellat Auctor Alexandrini Chronici.

Pag. 38. D. [150, 1.] *καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένων.* Hunc locum uberius explicavi in Annotationibus ad lib. 26. Marcellini pag. 317., ubi de magistri officiorum dignitate abunde dixi. His autem postremis verbis Priscus intelligit scholas Palatii, quae erant sub dispositione magistri officiorum. Ceterum post haec sequi omnino debent ea, quae habes p. 48., quod quidem verba ipsa bis utrobique repetita satis superque demonstrant.

Pag. 48. D. [170, 2.] Lege *ἀπέσταλκέν οἱ.*

Pag. 51. D. [175, 14.] Scribe: *κομίσαιτο διανεμηθησόμενον ταττομένοις ἀνδράσι. προδεδομένος δὲ ἐληλύθει*, id est, *verum infelix Bigila proditus fuerat.*

Pag. 53. B. [178, 17.] Lege: *πρὸς βορὰν οἰωνοῖς ἐδεδώκει ἄν, εἰ μή γε τῷ τῆς πρεσβείας θεσμῷ λυμαίνεσθαι ἐδόκει.* Simile mendum in Menandri Protectoris historia notavi, *θεσμῷ*, pro *θεσμιῷ*.

Pag. 54. A. [180, 5.] Lege: *οἷα δὴ ἀμέτοχος ὤν.* Ibid. b. item scribe *Ἐδέκωνος δὲ πάντως* etc.

Pag. 54. D. [181, 13.] *Ἀκατιζίρων ἔθνος.* Lege *Ἀκατζίρων.* Infra *Κατζίρων* scribitur truncate. At p. 59. et 60. dicuntur *Ἀκατίροι.* Sed Iordanes in histor. Goth. Acatziros nominat. Sic enim habent MSS. Palatini, quos Gruterus inspexit. Gens est Scythica, teste Prisco.

Pag. 57. B. [186, 2.] *Σιλβανὸν ἀρμίου τραπέζης κατὰ Ῥώμην προεστῶτα.* Videtur scribendum esse *ἀργυρίου τραπέζης.* Sic mensam argentariam vocat: erat enim hic Silvanus argentarius. Ita Euagr. in lib. 5. cap. 10. de Magno quodam, *πρώην μὲν ἀργυρᾶς τραπέζης προϊσταμένῳ.*

Pag. 57. D. [187, 8.] Scribe: *οὐ γὰρ ἐκδώσουσιν* [illegible] lege: *σφᾶς ὁ βάρβαρος ἀναμείναντες*, ibid. eod. It[illegible]: *ὅτι καὶ ἀποκρινόμενος*, ibid. eod.

Pag. 59. A. [189, 13.] Lege: *κατεσκηνώσαμεν* Scribe: *γνοίη οἳ βούλεται αὐτῷ*, ibid. B. Item le*σιν ἢ τὴν Οὔννων*, ibid. eod.

Pag. 61. A. [193, 6.] *τῶν παραστάντων τοῖς* Apparitores Magistratuum intelligit, qui sententias iudicationi mandabant. Quos etiam sportulas a litigantibus esse testatur Priscus. Proinde haec, quae sequuntur
P. 207 *κἀκείνων εἶναι τοὺς πρόνοιαν ποιησομένους*, interpretanda de iisdem apparitoribus seu officialibus, hoc modo, *et eorum numero, qui prospiciant* etc.

Pag. 29. A. [134, 3.] ὅτι ὁ Δέναθος, scribe, ὅτι Ὀδαίναθος. Sic enim hoc nomen scribitur apud Libanium in epist. 999. et apud Suidam in Ὀδαίναθος, qui locus descriptus est ex Damascio in Isidori vita. Ita etiam scribitur apud Euagrium in fine libri V. Porro hoc fragmentum cum superiore collocandum erat pag. 24. D. aut 25. C.

EX HISTORIA PRISCI RHETORIS.

Pag. 33. A. [140, 1.] Ut ordo servetur historiae, collocanda est ante omnia legatio illa Ruae, regis Hunnorum, quae pag. 47. A. habetur. Nam Margus et Viminacium post obitum Ruae ab Attila captum est, ut docet pag. 59. D.

Pag. 47. A. [167, 1.] Ἀμιλζούροις καὶ Ἰτιμάροις etc. P. 206 Harum gentium nomina paulo aliter refert Iordanes in Gothicis: *Alipsuros, Itimaros, Tuncarsos et Boiscos Hunni rapuere.*

Pag. 48. B. [168, 7.] Post hanc legationem collocanda sunt ea, quae habes pag. 33. A. et sequentibus.

Pag. 35. B. [143, 3.] τοὺς κατὰ χρόνον τινὰ τὴν βαρυτάτην κουφισθέντας τῆς γῆς ἀποτίμησιν. Hunc locum fusius explicavi in Annotationibus ad lib. 19. Ammiani Marcellini, pag. 167., ubi de census relevatione affatim dixi. Graeci κουφισμὸν vocant. Sic Theodoretus in epist. 43. et 47. et vetus inscriptio apud Gruterum pag. 1116.:

Ἐσπερίης πάσης χθονὸς ὄβριμον ἰθυντῆρα
Μάρκελλον δ' Θρασὺς μάρψε μόρος τιμίην·
Ἑλλάδος ἀγλαὸν ἔρνος, ὃς εὐδοκίῃ Κυκλάδων γῆς
Κουφίζων πόλιας θῆκεν ἐλαφροτέρας.

Ceterum haec relevatio aut principum beneficio concedebatur, aut iudicum sententia, ut ait Priscus. Iudices autem intelligo peraequatores aut censitores, qui ad inspiciendos ac relevandos provincialium census a principe mittebantur.

Pag. 35. B. [143, 6.] ἐν τῇ γερουσίᾳ ἄνω γεγραμμένοι. Videtur scribendum esse ἀναγεγραμμένοι. Omnes enim senatores aurum conferre cogebantur, tam nuper allecti, quam ii, qui pridem in Senatum adscripti fuerant. Conferre autem cogebantur Senatores certum auri pondus in praemium suae dignitatis. Sic enim vertenda sunt haec verba, ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἀξίας, non ut Cantoclarus vertit, *ultra quam facultates ferre poterant.*

Pag. 37. A. [146, 9.] Lege παντὶ ὑπήκουον ἐπιτάγματι.

Pag. 37. B. [146, 19.] Post haec verba, καὶ στρατηγοὺς χειροτονοῦντες, p. 57. B., videtur collocanda legatio illa: ὅτι

Θεόδωρος ἔπεμπε Σηνάτορα, pag. 48. B., nisi potius ante Cherronense proelium locanda sit, quod verum puto.

Pag. 37. D. [147, 21.] De Chrysaphio, *τῷ βασιλέως ὑπασπιστῇ*, verte, *Chrysaphium Imperatoris spatharium.* Sic enim appellat Auctor Alexandrini Chronici.

Pag. 38. D. [150, 1.] *καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένων.* Hunc locum uberius explicavi in Annotationibus ad lib. 26. Marcellini pag. 317., ubi de magistri officiorum dignitate abunde dixi. His autem postremis verbis Priscus intelligit scholas Palatii, quae erant sub dispositione magistri officiorum. Ceterum post haec sequi omnino debent ea, quae habes p. 48., quod quidem verba ipsa bis utrobique repetita satis superque demonstrant.

Pag. 48. D. [170, 2.] Lege *ἀπέσταλκέν οἱ.*

Pag. 51. D. [175, 14.] Scribe: *κομίσαιτο διανεμηθησόμενον ταττομένοις ἀνδράσι. προδεδομένος δὲ ἐληλύθει*, id est, *verum infelix Bigila proditus fuerat.*

Pag. 53. B. [178, 17.] Lege: *πρὸς βορὰν οἰωνοῖς ἐδεδώκει ἄν, εἰ μή γε τῷ τῆς πρεσβείας θεσμῷ λυμαίνεσθαι ἐδόκει.* Simile mendum in Menandri Protectoris historia notavi, *θερμῷ*, pro *θεσμῷ*.

Pag. 54. A. [180, 3.] Lege: *οἷα δὴ ἀμέτοχος ὤν.* Ibid. b. item scribe *Ἐδέκωνος δὲ πάντως* etc.

Pag. 54. D. [181, 13.] *Ἀκατιζίρων ἔθνος.* Lege *Ἀκατζίρων.* Infra *Κατζίρων* scribitur truncate. At p. 59. et 60. dicuntur *Ἀκατίροι.* Sed Iordanes in histor. Goth. Acatziros nominat. Sic enim habent MSS. Palatini, quos Gruterus inspexit. Gens est Scythica, teste Prisco.

Pag. 57. B. [186, 2.] *Σιλβανὸν ἀργυρίου τραπέζης κατὰ Ῥώμην προεστῶτα.* Videtur scribendum esse *ἀργυρίου τραπέζης.* Sic mensam argentariam vocat: erat enim hic Silvanus argentarius. Ita Euagr. in lib. 5. cap. 10. de Magno quodam, *πρώην μὲν ἀργυρᾶς τραπέζης προϊσταμένῳ.*

Pag. 57. D. [187, 8.] Scribe: *οὐ γὰρ ἐκδώσειν.* Item lege: *σφᾶς ὁ βάρβαρος ἀναμείναντες*, ibid. eod. Item scribe: *ὅ,τι καὶ ἀποκρινόμενος*, ibid. eod.

Pag. 59. A. [189, 13.] Lege: *κατεσκηνώσαμεν, ὡς ἦ* etc. Scribe: *γνοίη οἷ βούλεται αὐτῷ*, ibid. B. Item lege: *ζηλοῦσιν ἢ τὴν Οὔννων*, ibid. eod.

Pag. 61. A. [193, 6.] *τῶν παραστάντων τοῖς δικασταῖς.* Apparitores Magistratuum intelligit, qui sententias iudicum exsecutioni mandabant. Quos etiam sportulas a litigantibus accepisse testatur Priscus. Proinde haec, quae sequuntur verba,
P. 207 *κἀκείνων εἶναι τοὺς πρόνοιαν ποιησομένους*, interpretanda sunt de iisdem apparitoribus seu officialibus, hoc modo, *et ex eorum numero, qui prospiciant* etc.

Pag. 61. B. [193, 22.] ἀνατιθέντες ἀδικίᾳ σφετέρᾳ. Scribe ἀνατιθέντων, more Attico, pro ἀνατιθέτωσαν.

Pag. 61. C. [194, 7.] Scribe καὶ οὐχ ὡς τῇ αὑτοῦ etc.

Pag. 62. B. [195, 17.] ᾧ καὶ πότε βούλεται διαλέγεσθαι. Scribe οἷ καὶ πότε, quod idem valet ac ποῖ. Sic supra pag. 59. B. Priscus dixit: ὅπως γνοίη, οἷ βούλεται αὐτῷ, καὶ ὁπότε ἐς λόγους ἐλθεῖν.

Pag. 66. B. [203, 11.] καθάπερ ἐπὶ τῶν γαμούντων Ἕλληνες etc. Tori geniales tum apud Graecos, tum apud Latinos velis ac preciosis vestibus ornabantur. Erant quoque gradus eburnei, quibus ascendebatur in torum, Lucanus lib. 2. de lecto geniali:

— *gradibusque acclivis eburnis*
Stat torus, et picto vestes discriminat auro.

Claudianus quoque in l. 2. de raptu:

— *alii praetexere ramis*
Limina, et in thalamis cultas extollere vestes.

Vide Theophylactum in lib. 1., ubi thalamum Mauricii Augusti describit. Graeci παστάδας vocant huiusmodi geniales lectos; θάλαμοι vero apud eos sunt cubicula, in quibus collocati sunt hi lecti. Sic Basilius in l. 2. de Thecla cap. 5. et in l. 1. cap. 12.

Pag. 66. D. [204, 8.] Lege meo periculo κατὰ τὴν τῶν θακῶν τάξιν, non Θρᾳκῶν, ut est in editione vulgata, quae Interpretem fefellit. Infra τῶν θρόνων dicit. Paulo post scribendum videtur τῶν τῇ μαγίδι ἰδίᾳ ἐπιτιθεμένων. Mensae enim ternis aut quaternis singulae erant appositae, ita ut quisque in sedili suo residens, de impositis mensae ferculis commode sumere posset.

Pag. 67. C. [205, 21.] Ζέρκων ὁ Μαυρούσιος. De hoc Zercone Mauro vide omnino Suidam, qui totam huius Zerconis vitam refert ex Prisci Rhetoris historia, ut satis constat.

Pag. 68. D. [207, 17.] παρὰ ἀδαμειτῶν. Leve mendum totam sententiam corrupit, quod facillimum erat sola disiunctione litterarum emendare. Scribe igitur: παρὰ Ἀδάμει τῶν αὐτῆς πραγμάτων τὴν ἐπιτροπὴν ἔχοντι, id est, *interim Rhecan, uxor Attilae, nos ad coenam invitavit in aedibus Adami, procuratoris ipsius.*

Pag. 69. B. [208, 17.] τὸν δὲ Σατορνίλον ἀνῃρήκει Ἀθηνᾶς ἡ καὶ Εὐδοκία. Scribe Ἀθηναΐς. Sic enim vocata est Eudocia, Theodosii Iunioris uxor, teste Cedreno et Zonara. Pro Saturnilo quoque Saturninum scribi mallem. Fuit enim Saturninus Comes Domesticorum, qui Severum Presbyterum et Ioannem Diaconum, quos Eudocia Augusta urbe Constantinopoli Hierosolymam secum abduxerat, missus ab Imperatore Theodosio occidit. Quod indigne ferens Eudocia mulie- V. 137

bri furore percita, Saturninum protinus obtruncari iussit anno Natalis Dominici 444., Theodosio 18. et Albino Coss., ut scribit Marcellinus in Chronico. Cedrenus supra dictos Clericos adulterii suspicione contactos fuisse prodit.

Pag. 69. B. [208, 20.] *Ζήνων ὑπατικὸς ἀνήρ.* Flavius Zeno (sic enim vocatur in Actis Concilii Chalcedonensis) Consul fuit anno Natalis Dominici 448. Huius viri potentiam satis superque declarant ea: quae subiicit Priscus | eum scilicet Imperatoris voluntati unum restitisse, cum magnas Isaurorum copias circa se haberet ad urbis CP. custodiam: et quae p. 72. D. Priscus commemorat, sopitis omnibus cum Attila dissensionibus, unicum Theodosio Imp. metum superfuisse, ne forte Zeno tyrannidem invaderet. Hic postea Marciani Augusti temporibus interiit suspectus rerum novarum. Sic enim Iordanes de successione regnorum scribit de Marciano: *Obitumque Attilae, et Zenonis Isauri interitum, antequam moreretur, felix comperit.* Damascius in Isidori vita scribit, hunc Zenonem idolorum cultum restituere, et Christianorum religionem abolere voluisse, sed violenta morte fuisse praepeditum. Nam ex equo lapsus, crure confracto, non multo post exspiravit. Et Damascius quidem eum magnum Ori-
P. 208 entalis militiae Magistrum appellat, *ὁ μέγας τῆς ἕω στρατηλάτης.* Sunt ad hunc Zenonem Magistrum militum et Consulem duae Theodoreti epistolae, quibus illum nondum sacro baptismate initiatum fuisse testatur. Ceterum ex hoc Prisci loco manifeste sequitur, hanc Maximini ad Attilam legationem, quae hic luculente describitur, contigisse Zenone et Posthumiano Coss., sub exitum anni, quod confirmare etiam videtur Marcellinus in Chronico. Certe Priscus p. 70. C. de Areobindo tanquam adhuc vivente loquitur, qui sequenti Consulatu obiit, teste eodem Marcellino.

Pag. 71. C. [212, 20.] Post haec verba, *ἐς τὴν Κωνσταντίνου*, collocari debent ea, quae habes pag. 59. A.: *ὅτι φωραθέντα*, ut satis manifestum est.

Legas: *ἐδήχθη τε ὁ Θεόδωρος τὸν θυμὸν*, 39. C. et post haec sequi debent, *ὅτι ἐπ' ἀμφοτέρων*, quae leguntur 71. C., ut luce ipsa clarius est.

Pag. 71. C. [213, 2.] *Ἀνατόλιον τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἄρχοντα τελῶν.* Male Cantoclarus vertit, *regiorum tributorum praefectum.* Ego *Magistrum militum praesentalem* interpretor. Fuerat hic Anatolius antea Magister militum Orientis, ut testatur Theodoretus in epist. 45. et Marcellinus in Chronico. Quo nevbeato ut praesentale Magisteriam acciperet, Zeno Isaurus in eius locum subrogatus est, ut indicat Priscus p. 69 B.

Pag. 72. D. [213, 6.] *οἱ δὴ τὰς ἀρχὰς ἀναβεβήκασι πάσας.* Haec verba perperam vertit Interpres, qui notionem verbi

ἀναβαίνειν minime intellexit. Verte igitur: *Nomum vero ex Magistro officiorum, utrumque Patricium, quae dignitas ceteris omnibus antecellit.* Eodem sensu Priscus p. 49. D. dixit: Ἐδέκοντα δὲ ἀναβεβηκέναι τὸν Ὀρέστην πολύ, id est, *Edeconem multum Oresti antecellere.*

Pag. 71. D. [213, 9.] ὅτι γὰρ μάλιστα προσῆν αὐτῷ. Totum hunc locum, qui ab Interprete male acceptus est, ita verte: *Missus vero est cum Anatolio Nomus, non solum ob dignitatis amplitudinem, sed etiam quia amicus erat Chrysaphio, et barbarum muneribus capturus sperabatur. Erat enim oppido liberalis, nec pecuniae parcebat, ut negotium, quod semel susceperat, ad effectum perduceret.*

Pag. 72. B. [214, 9.] Lege: σὺν τοῖς περ. ἐς τὴν Σκυθικὴν διαβάς, ut Cantoclarus legisse videtur.

Pag. 72. D. [215, 2.] τυραννίδι ἐπιθήσεται. Post haec verba sequi debet legatio Attilae ad Marcianum Imp., qui Theodosio successerat, quae refertur pag. 39. D.

Pag. 40. C. [153, 7.] ἀγείρων πλῆθος. Post haec sequi debent ea, quae habes p. 72. D.: ὅτι τοῦ Ἀττήλα, ubi sermo fit de Apollonio, Rufi illius, cui Zeno Saturnini filiam dederat, fratre, Magistro militum, ad Attilam legato. Hic videtur esse Apollonius, qui postea Consul fuit cum Magno. Sunt ad illum aliquot Theodoreti epistolae, qui etiam Rufi Comitis meminit in epist. 79.

Post illa verba, ἄπραχτος ἐπανῆει, 73. B., collocanda sunt ea, quae leguntur 40. C.: ὅτι ὁ Ἀττήλας et sequentia.

Pag. 40. D. [153, 16.] ὅτι Βλέμμυες καὶ Νουβάδες. De Nubis et Blemmyis sub Marciano devictis testatur Iordanes in lib. de success. regn.: *Cum Parthis et Wandalis omnia infestantibus pacem instituit, Attilae minas compescuit, Nubades Blemmyasque Aethiopia prolapsos per Florum, Alexandrinae urbis procuratorem, sedavit ac pepulit a sedibus Rom.* Erat hic Florus non solum Procurator sive Augustalis, sed etiam Comes rei militaris per Aegyptum, ut ex Prisco docet Euagrius in lib. 2. cap. 5. Hi a Procopio Νοβᾶται dicuntur, a Stephano Νοῦβαι et Νουβάδες. Sic enim scribendum est, non autem Νουμίδες.

Pag. 41. A. [154, 12.] ἐν τῇ Φίλαις ἱερῷ. Scribe ἐν τῷ ἐν Φίλαις ἱερῷ. Philae insula est et oppidum in finibus Aegypti, circa Elephantinem, ubi maximum erat Osiridis templum, per quod Aegyptii iurare consueverant, μὰ τὸν ἐν Φίλαις Ὄσιριν, teste Scholiaste Lycophronis p. 43., in quo male Φήλαις legitur: de Isi Philis culta loquitur etiam Marinus in vita Procli. Procopius in lib. 1. Pers. p. 33. ait, Nubas et Blemmyas Isim atque Osirim colere; adde et Servium in lib. 6. Aeneidos, ex Seneca in libro de sacris et ritibus Aegyptiorum.

pileatos Dacorum vocat, perinde ac Paulinus in Carmine de Niceta, Daciae Episcopo, his versibus:

Et Getae currunt et uterque Dacus,
Qui colit terrae medio, vel ille
Divitis multo bove pileatus
Accola ripae.

Sic enim in Paulino legendum esse monuit me Hadrianus Valesius frater, non, ut vulgo scribitur, *pelleatus*. De his Dacorum et Getarum pileis loquitur etiam Dio Chrysost. in orat. V. 13671. pag. 628.: ἔνθα γὰρ ἐνιότε βλέπουσιν ἀνθρώπους, τοὺς μέν τινας πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντας, ὡς νῦν τῶν Θρᾳκῶν τινες τῶν Γετῶν λεγομένων.

Pag. 25. C. [126, 1.] Lego: καὶ κατὰ τὴν τοῦ Μητροφίλου ἀρχήν. Porro haec ante Valeriani Imp. tempora videntur esse gesta, quod docet caput sequens de Sapore, qui contento cursu Persidem repetiisse dicitur: victus scilicet a Callisto et Odaenatho, ut docet Zonaras.

Pag. 26. C. [127, 18.] Lege continue absque ulla distinctione: οὐδὲ νῦν δύνασθαι κατ' ἀξίαν χάριτας ὁμολογεῖν, ὅτι ἐν αἰχμαλωσίᾳ γενόμενοι etc. Male ὅτι vulgo scribitur a linea, quod Cantoclarum fefellit. Antea scribe: ἢ ὅπλοις περιὼν etc. Post hanc legationem Narsaci, regis Persarum, ad Galerium Caesarem sequi debet caput illud, quod legitur pag. 29. D.: Ὅτι Γαλέριος, ut series historiae satis indicat.

Pag. 27. B. [129, 2.] τὴν βαστάγην αὐτοῦ μετὰ τῆς βασιλικῆς ὑπηρεσίας κατέσχον. Pessime hunc locum vertit Cantoclarus. Verte igitur: *Deinde cum belli incertos exitus reputaret Constantinus, cumque Liciniani occultis insidiis iumenta sarcinalia et suppellectilem regiam cepissent, eum in conspectum suum admisit.* Bastaga enim id significat, quod dixi. Eius mentio fit in Notitia imperii Romani, eratque sub dispositione comitis largitionum et rerum privatarum.

Pag. 27. B. C. [129, 15.] τὸν οἰκεῖον γαμβρόν. Sororium suum Licinium Constantinus γαμβρὸν vocat. Sic Themistius in orat. 16. sub fin. Licinium Constantini γαμβρὸν appellat, et auctor vitae Metrophanis in Bibliotheca Photii. Eodem modo Scholiastes Lycophronis p. 183. de Aenea dicit: γαμβρὸς αὐτῆς τῆς Κασσάνδρας ἐπὶ Κρεούσῃ τῇ ταύτης ἀδελφῇ. Plura notavit Cuiacius in libro. 6. observ. et Bongarsius in Notis ad Iustinum.

Pag. 29. C. [134, 17.] ἀντιγραφέα τῆς μνήμης. Verte *Magistrum memoriae*, ut observavi in Notis ad Amm. Marcellinum. Menander in lib. 6. hist. p. 98. ἀντιγραφέας dici ait τοὺς βασιλικοὺς διαιτητάς, id est, proximos sacrarum cognitionum.

βων ἀρχήν, quae ex hac pagina sunt emendanda. Ad hunc Constantium Praefectum Praetorio sunt epistolae Theodoreti Episcopi a Iacobo Sirmondo editae.

Post haec verba, *πατρικιότητος τυχών*, p. 43. D., continuanda sunt ea, quae habes p. 74. D.: *καὶ Τατιανὸς μὲν* etc. Hic Tatianus Patricius Occidentalis imp. paulo post Consul fuit.

Post finem huius legationis, p. 76. A., scribe ea, quae edita sunt p. 43. D.: *ὅτι μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν*. Quod quidem incendium contigit Basilisco et Hermenerico Coss., anno 464. Natalis Dominici, ut scribit Marcellinus in Chronico. Huius incendii meminit etiam Candidus Isaurus in libro 1. historiae, atque in eo multa ab Aspare utiliter esse ordinata commemorat. Vide Zonaram.

Scribendum videtur: *ὑπὸ τῶν νέων τῶν Ῥωμαίων παρασπονδούμενον*, p. 76. A. Ceterum post haec verba locanda sunt illa, quae habentur pag. 44. A.: *ὅτι Σκύθαι καὶ Γότθοι*, et sic deinceps usque ad finem. V. 138

Pag. 44. C. [161, 11.] Lege *ἀπαγόντων αὐτὸν πολέμων*. Item, *καὶ οὐ συγχωρούντων*. Paulo post lege continua serie *ἐπινυθάνετο ὅ,τι βουλόμενοι* etc., vel simpl. *τί βουλόμενοι*.

Pag. 44. D. [162, 6.] *ὁ Ὀρνιγίσκλου*. Scribendum puto, *Ἀνάγαστος ὁ Ἀρνιγίσκλου*. Hic enim Anagastus Comes ripam Istri tuebatur. De quo plura mox Priscus memorat. Hic etiam Dengesic, regem Hunnorum, tandem devicit, caputque eius Byzantium misit Zenone et Marciano Coss., ut est in Chron. Alexand. et Marcellini Chron. De hoc Anagasto Suidas in *ὑποστάς*. Arnegiscli meminit Marcellinus in Chronico in rebus Theodosii Iunioris, et Iordanes de successione regnorum. P. 210

Hoc igitur ordine haec Prisci Rhetoris fragmenta locanda sunt, scriptoris valde boni et utilis. Cuius elogium apud Suidam sic legi debet: *ἔγραψεν ἱστορίαν Βυζαντικὴν, καὶ τὰ κατὰ Ἀττήλαν* etc. Stephanus Byzantius in voce *Σάλωνα* laudat librum 6. huius historiae. Euagrius quoque in libro 2. hist. Eccl. cap. 1. et 5. Prisci Rhetoris historiam commemorat. Sed in cap. 1. corruptum est eius nomen: *Πατρίσκος* enim exaratur pro *Πρίσκος*; in 5. vero cap., ubi seditio Alexandrinorum describitur post abdicationem Dioscori, scribendum puto: *ἱστορεῖ γοῦν Πρίσκος ὁ Ῥήτωρ, φθῆναι τηνικαῦτα ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκ τῆς τῶν Θηβαίων ἐπαρχίας* etc.

EX MALCHI HISTORIA.

Pag. 91. C. [231, 1.] Hinc inchoandam esse historiam Malchi, et series ipsa temporum docet, et Photius in Bibliotheca:

bri furore percita, Saturninum protinus obtruncari iussit anno Natalis Dominici 444., Theodosio 18. et Albino Coss., ut scribit Marcellinus in Chronico. Cedrenus supra dictos Clericos adulterii suspicione contactos fuisse prodit.

Pag. 69. B. [208, 20.] *Ζήνων ὑπατικὸς ἀνήρ.* Flavius Zeno (sic enim vocatur in Actis Concilii Chalcedonensis) Consul fuit anno Natalis Dominici 448. Huius viri potentiam satis superque declarant ea: quae subiicit Priscus | eum scilicet Imperatoris voluntati unum restitisse, cum magnas Isaurorum copias circa se haberet ad urbis CP. custodiam: et quae p. 72. D. Priscus commemorat, sopitis omnibus cum Attila dissensionibus, unicum Theodosio Imp. metum superfuisse, ne forte Zeno tyrannidem invaderet. Hic posta Marciani Augusti temporibus interiit suspectus rerum novarum. Sic enim Iordanes de successione regnorum scribit de Marciano: *Obitumque Attilae, et Zenonis Isauri interitum, antequam moreretur, felix comperit.* Damascius in Isidori vita scribit, hunc Zenonem idolorum cultum restituere, et Christianorum religionem abolere voluisse, sed violenta morte fuisse praepeditum. Nam ex equo lapsus, crure confracto, non multo post exspiravit. Et Damascius quidem eum magnum Orientalis militiae Magistrum appellat, ὁ μέγας τῆς ἕω στρατηλάτης. Sunt ad hunc Zenonem Magistrum militum et Consulem duae Theodoreti epistolae, quibus illum nondum sacro baptismate initiatum fuisse testatur. Ceterum ex hoc Prisci loco manifeste sequitur, hanc Maximini ad Attilam legationem, quae hic luculente describitur, contigisse Zenone et Posthumiano Coss., sub exitum anni, quod confirmare etiam videtur Marcellinus in Chronico. Certe Priscus p. 70. C. de Arcobindo tanquam adhuc vivente loquitur, qui sequenti Consulatu obiit, teste eodem Marcellino.

P. 208

Pag. 71. C. [212, 20.] Post haec verba, ἐς τὴν Κωνσταντίνου, collocari debent ea, quae habes pag. 59. A.: ὃν φωραθέντα, ut satis manifestum est.

Legas: ἐδήχθη τε ὁ Θεόδωρος τὸν θυμὸν, 39. C. et post haec sequi debent, ὅτι ὑπ' ἀμφοτέρων, quae leguntur 71. C., ut luce ipsa clarius est.

Pag. 71. C. [213, 2.] *Ἀνατόλιον τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἄρχοντα τελῶν.* Male Cantoclarus vertit, *regiorum tributorum praefectum.* Ego *Magistrum militum praesentalem* interpretor. Fuerat hic Anatolius antea Magister militum Orientis, ut testatur Theodoretus in epist. 45. et Marcellinus in Chronico. Quo revocato ut praesentale Magisterium acciperet, Zeno Isaurus in eius locum subrogatus est, ut indicat Priscus p. 69 B.

Pag. 72. D. [213, 6.] *οἱ δὴ τὰς ἀρχὰς ἀναβεβήκασι πάσας.* Haec verba perperam vertit Interpres, qui notionem verbi

Suidas in voce Ἀρμάτιος. Hic est Armatius Magister militum, qui Basiliscum Augustum prodidit, de quo multa habet Suidas in v. Ἀρμάτιος et Candid. in lib. 3. hist., qui Armatium cum Basilisci Tyranni uxore stupri consuetudinem habuisse scribit: eoque ad maximam potentiam pervenisse, adeo ut filium suum Basiliscum Caesarem videret, ipse belli contra Zenonem administrationem solus habuerit. Ad quem, ab Hillo solli- P. 211
citatus, tandem defecit. Ceterum ex hoc Malchi fragmento colligitur, Theodoricum, Triarii filium, a Basilisci partibus stetisse. Quod confirmat etiam Suidas in Ἀρμάτος.

Pag. 95. B. [239, 5.] ὁ Ζήνων ἐβούλετο. Post haec verba collocanda sunt ea, quae habes pag. 78. A.

Pag. 78. B. [245, 7.] καὶ αὐτὸν. Ioannem intelligit Praefectum Praetorio Illyrici. Erat autem Thessalonica sedes Praefectorum Praet. et Metropolis totius Illyrici.

Pag. 78. B. [245, 12.] καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀξίαις. Verte *et honorati*. Vide quae notavimus ad lib. 14. Amm. Marcellini, pag. 14.; sic et infra pag. 64.

Pag. 79. B. [246, 9.] ὡς οὐκ ἴδεις, lego ἔδεις, id est: *quod facere non debueras*.

Pag. 80. B. [248, 3.] ὁ δὲ τὸν Βαλαμήρου. Lege ὁ δὲ Βαλαμήρου.

Pag. 80. B. C. [248, 10.] Γηρήνης τε μάλιστα ὄντος οἰκειοτάτου. Scribe meo periculo Βηρήνης. Haec erat socrus Zenonis Augusti, soror Basilisci, mulier supra muliebrem modum ambitiosa et cupida dominandi.

Pag. 80. D. [249, 3.] εὖ ἔτι ἄπεστιν, scribe ἕως ἔτι.

Pag. 81. B. [249, 16.] καλοῦντα πρὸς τοὺς Ἡρακλειώτας. Hic locus prava interpunctione corruptus Interpretem in errorem induxit. Sic autem distinguendus est: καλοῦντα, πρὸς τοὺς Ἡρακλειώτας, ἐκλιπόντας μὲν τὴν πόλιν etc., πέμψας ἀπήτει σῖτον. Heracleam Sinticam intelligit.

Pag. 81. C. [250, 11.] οἱ δὲ κατὰ πολὺ ἐρημίαν. Scribe κατὰ πολλὴν ἠρεμίαν προϊόντες.

Pag. 82. A. B. [251, 11.] καὶ στρατηγὸν ἀποφαίνουσι. Ex hoc loco discere possumus, quo anno Theodoricus Valamer Epidamnum occupavit, et quo cuncta haec acta sunt quae narrantur a Malcho. Nam Sabinianus Magister militum creatus est consulatu tertio Zenonis Augusti, ut scribit Marcellinus in Chronico, qui eum priscis illis exercituum ductoribus comparabilem fuisse dicit.

Pag. 82. B. [251, 16.] μετὰ τοῦ στρατηγοῦ ὁ Εὐούλφου. Scribe: μετὰ τοῦ στρατηγοῦ Ὀνούλφου, ut legitur in Bibliotheca Photii., Hic Onulphus ex infimae sortis barbaro primum Comes, deinde Magister militum Illyrici ab Armato factus fuerat. Idem postea per summam perfidiam Armatum,

qui Malchum a 17. Leonis Aug. anno historiam ordiri testatur. legitur recte ab hoc fragmento incipiemus: Ὅτι ἐν τῷ ἑπταικαιδεκάτῳ ἔτει. Prisci ergo Rhetoris historiam continuaverat Malchus.

Pag. 92. A. [232, 17.] Lege: τῶν ἐπὶ Πετραίαν ὑπὸ Ῥωμαίοις ὄντων Σαρακηνῶν.

Pag. 92. B. [233, 3.] πόρρωθεν ὄντι. Optime Cantoclarus vertit *e longinquo*. Sic enim loquitur Tacitus in lib. 1. historiae: *Maiestate salva, cui maior e longinquo reverentia.* Sed et Nero reprehensus est a multis, quod Tiridati Persae interna imperii Romani nudavisset.

Pag. 92. C. [233, 6.] Scribendum videtur: καὶ γὰρ δὴ καὶ πολλοῦ κρείττον etc.

Pag. 92. C. [233, 13.] καθέδραν αὐτῷ τὴν πρωτοπατρικίων. Cantoclarus quidem legisse videtur τῶν πατρικίων. Sed vulgata lectio tolerari potest: nam πρωτοπατρίκιος erat primus Patriciorum, is videlicet, qui ante alios omnes Patriciatus dignitatem ab Imperatore acceperat. Sic Aspar primus Patriciorum dicitur in Chronico Marcellini, Leone IV. et Probiano Coss.

Pag. 93. B. [235, 8.] εἰς τὴν ἑτέραν γῆν. Haec verba transposita esse videntur, et inferiore linea collocanda hoc modo: καὶ μηδένας ἐξ αὐτῶν ἀποστῆναι θέλοντας εἰς τὴν ἑσπερίαν γῆν τὸν βασιλέα δέχεσθαι. Totus autem locus sic vertendus est: *Theodoricum Magistrum equitum et peditum praesentis militiae constitui, quae dignitas maxima habetur, solumque Gothorum regem esse: neque quemquam eorum, qui a Gothis transfugere vellent, ab Imperatore in regionem suam admitti.* Theodoricum porro Triarii filium hic intelligo, qui sedes in Thracia habebat, ut refertur pag. 80. A. et 88. B.

Pag. 93. D. [236, 3.] Lege: τῶν τε γεγενημένων συνηθρόμενοι τῷ Ζήνωνι, ut Cantoclarus legisse videtur. Paulo post legendum, καταίοντα προσδέχεσθαι, et locus sic vertendus: *Imperatore enim superstite, reliquum esse, ut eum redeuntem excipiant.* Nepotem Augustum intelligit, qui a Romanis expulsus fuerat. Hunc Leo copulata ei nepte sua per Domitianum, clientem suum, in urbe Ravenna Caesarem ordinaverat, ut refert Iordanes in lib. de successione regnorum. Ex quo intelligitur, quod ait Malchus, Nepotis uxorem Verinae cognatione iunctam fuisse.

Pag. 94. B. [237, 1.] καὶ τόν τε κοινὸν τῆς τύχης. Lege καὶ τὸ κοινὸν τῆς τύχης.

Pag. 94. D. [237, 16.] Lege absque ulla distinctione: ἱκανὸν εἶναι συντάξεις τε καὶ μισθὸν ἐπαρκέσαι προχείρως.

Pag. 94. D. [237, 21.] στρατιώτας κελεύσας; melius legetur καλέσας.

Pag. 94. D. [238, 4.] ἅμα τῷ Ἀρματίῳ. Idem narrat

venit: multi tamen Romanorum noxius, continuo reversis est. Venerat autem Theodoricus usque ad Anaplum, audita seditione Marciani, ratus oblatam sibi esse opportunitatem urbis invadendae. Et causam quidem adventus sui prae se ferebat, ut Zenoni opem ferret, sed revera, ut Constantinopolim praedaretur, advenerat, ut Malchus in hoc loco docet. Porro hanc seditionem Marciani et Procopii, qui Anthemii Augusti filii erant, luculente describit Candidus Isaurus in Bibl. Photii, et Euagrius in lib. 3.

Pag. 87. B. [260, 16.] *Σενῆρον.* Huius legationis Severi Patricii ad Genserichum, regem Wandalorum, meminit etiam Victor Uticensis in lib. 1. de persecutione Wandalorum, sub fin.

Pag. 87. D. [262, 1.] *Ἡρακλείου τοῦ στρατηγοῦ.* Huius Heraclii Magistri militum elogium exstat apud Suidam in v. *Ἡράκλειος*, ex historia Malchi procul dubio descriptum. Eiusdem Heraclii meminit etiam Priscus p. 46. C.

Εἰς αὐτὸν ἐτηρεῖτο, 88. B. Post haec verba locanda sunt ea, quae habes 95. C.: *ὅτι τῷ αὐτῷ ἔτει.*

Pag. 95. C. [239, 7.] *Ἀλέξανδρος ἦγεν ὁ τῆς Ἀλναρίου γυναικὸς ἐπίτροπος.* Scribe meo periculo *ὁ τῆς Ὀλυβρίου.* Haec Placidia Nobilissima dicebatur. Hanc Gensericus rogatu Leonis Augusti una cum Eudoxia matre, Valentiniani Placidi vidua, Constantinopolim remiserat, ut scribit Procopius in lib. 1. Wandalicorum, et Priscus in fine historiae. De Alexandro autem Procuratore Placidiae loquitur Victor Uticensis in lib. 2. de persecutione Wandalorum, qui hanc historiam valde illustrat.

Pag. 95. D. [239, 17.] Lege *τὰς σπονδὰς ἐμπεδώσειν.* Et paulo post scribo: *ἦν δὲ τοῦτο πρόσχημα εὐπρεπὲς*, et locum sic interpretor: *Et haec quidem in speciem dicebantur. Nam revera omnem belli suspicionem Wandali formidabant.*

Pag. 96. A. [240, 5.] *ἢ ὡς ἂν ἄλλοις βουλεύσαιντο.* Scribe *ἄλλοι.* Sensum horum verborum non est assecutus Interpres. Hoc enim sibi vult Malchus, Gensericum regem classem semper ad omnes casus paratam habuisse, adeo ut celerius consilia sua exsecutioni mandare solitus esset, quam alii consultare solent.

Pag. 96. A. [240, 8.] *τῶν πριβάτων κόμητα.* Post haec verba locanda sunt ea, quae habes pag. 88. C.: *ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ* etc.

Pag. 88. D. [263, 13.] *ὅτι τὸν υἱὸν.* Scribe *ὅτι οὗτε τὸν υἱὸν.* Et paulo post scribe *σφόδρα συστελλομένῳ.*

Pag. 89. B. [264, 20.] *πρὸς ταῖς πύλαις τοῦ Αἵμου.* Sucorum angustias intelligit, quas describit Amm. Marcellinus, ubi vide quae annotavi.

Pag. 89. C. [265, 2.] *πρὸς τῷ Εὔρῳ.* Scribendum est *Ἕβρῳ*, id est, ad Hebrum flumen.

Pag. 89. D. [265, 11.] *δι' ἐρημίας.* Scribendum videtur *δι' ἠρεμίας.*

Pag. 89. D. [265, 12.] *εἰς τοὺς περὶ Σόνδιν παρ. χώρους.* Scribendum puto *περὶ Σοῦκιν. Σούκους* enim procul dubio intelligit Malchus. Philostorgius *Σούκεις* appellat.

Pag. 90. A. [266, 2.] *τὴν τοῦ λόγου, καὶ εἰς μίαν ἀποφέρονται νίκην.* Hunc locum egregie mihi videor restituisse. Scribo enim: *τὴν τοῦ λόγου Καδμείαν ἀποφέρονται νίκην.* Proverbium est pervulgatum apud Graecos *Καδμεία νίκη*, de victoria victoribus simul ac victis funesta et exitiosa.

Pag. 90. A. [266, 4.] *παρέσεσθαι καὶ αὐτῷ.* Lege *παρέσεσθαί τε αὐτοὶ καὶ κοινῇ συστρατεύειν.* Paulo post lege: *ᾧ προέδωκας γένει,* ut legisse videtur Interpres.

Pag. 90. D. [267, 10.] *πρέσβεις ἐπὶ τὸ Βυζάντιον.* Post
P. 213 haec verba dubium non est quin locanda sint ea, quae habentur pag. 96. A.: *ὅτι συνθήκας* etc., ut eadem verba utrobique demonstrant.

Pag. 96. B. [240, 17.] *οὓς δομεστίκους καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Hunc Malchi locum explanavi in Annotationibus ad librum 15. Amm. Marcellini p. 85.

Pag. 96. B. [240, 18.] *εἰ μὴ ταῦτα ποιουμένων.* Scribendum omnino est: *ἢ, μὴ ταῦτα* etc.

Pag. 96. B. [240, 20.] *τῷ μὴ ὅθεν δύναιντο.* Deest aliquod verbum huiusmodi, *τῷ μὴ ἔχειν ὅθεν* etc., et pro *δι' ἁρπαγῆς* videtur legendum esse *χωρὶς ἁρπαγῆς.*

Pag. 97. B. [242, 15.] *εἰς χεῖράς τε ἔχοντες.* Lege *εἰ χεῖράς* etc. De Zenonis Imp. ignavia iam locutus est Malchus p. 87. A. et B., cui assentitur etiam Damascius in vita Isidori Philosophi his verbis: *δειλὸς δὲ ὢν ὁ Ζήνων φύσει.*

Pag. 97. B. [243, 5.] *ὃς τῆς παρούσης λύμης ἀντιπίσεσθαι.* Scribe *τῆς παρ. λύμης ἀνακτᾶσθαι.* Ceterum post hoc fragmentum sequi debent ea, quae habentur p. 90. D.: *ὅτι Ζήνων ἐπεὶ διέλυσε:* quod quidem nemini dubium esse potest.

Pag. 90. D. [267, 15.] *καὶ κατατεινάμενος.* Legendum puto *κατασινάμενος.*

Pag. 91. A. [267, 21.] *ὧν οὐδὲν φθειρομένων.* Scribendum videtur: *ὧν ὧδε φθειρομένων Ζήνωνά τε καὶ Βηρίναν.*

Pag. 91. A. [268, 3.] *Δυοῖν δὲ αὐτὸν σχολῶν προβ. ἄρχοντα.* Verte: *duarum scholarum comitem fieri.* Comes scholariorum memoratur in Chronico Marcellini in rebus Anastasii Augusti.

Pag. 91. B. [268, 5.] *τὴν ἑτέραν τῶν δύο στρατηγῶν τῶν περὶ βασιλέα,* id est, *et Magister praesentis militiae fieret, sive equitum, sive peditum.* De Theodorico, Triarii filio, loquitur et Malchus, quem fere Theodoricum simpliciter appel-

lat: alterum vero τὸν Βαλαμήρου solet nominare. Haec autem gesta videntur Severino et Trocundo Coss., anno Natalis Dominici 482., quo anno idem Theodoricus, Triarii filius, interiit. Quamquam Marcellinus in Chronico mortem illius confert in annum praecedentem.

Porro fragmenta ex historia Malchi praeter haec, quae superius indicavi, exstant apud Suidam in v. ἀμοιβαία, et in v. Ἐρύθριος, et in v. Ζήνων, et in Παμπρέπιος, et in v. σύνταξις, et in v. ὑπολαβών.

EX HISTORIA MENANDRI.

Pag. 132. A. [344, 1.] ὅτι ἐπειδὴ. Hinc incipere debent Excerpta legationum e Menandri Protectoris historia. Nam cum Menander historiam Agathiae continuaverit, ut ipsemet testatur in prooemio historiae suae apud Suidam, in primo operis libro res gestas Iustiniani usque ad eius obitum retulerit necesse est, exorsus ab anno 33. eiusdem Iustiniani. Etenim Agathias in 32. illius anno desierat, in victoria scilicet Belisarii de Zabergane et Cutriguris. Quam quidem eo anno contigisse testantur Theophanes ac Cedrenus, et Auctor historiae Miscellae. Male ergo Victor Tununensis id refert anno 35. Imperatoris Iustiniani, post consulatum Basilii anno 20.; qui et in eo fallitur, quod eos Hunnos Bulgaros appellat. Sclavini in historia Miscella dicuntur maiori adhuc errore.

Pag. 133. A. [345, 17.] ὅτι Ἄμμιγος. Hic Amingus dicitur a Paulo lib. 2. historiae Longobardorum: *Amingus vero dum Widino, Gothorum Comiti, contra Narsetem rebellare paranti auxilio esse non dubitat, victus Narsetis gladio perimitur, Widinus captus Byzantium mittitur.* Sic etiam nominatur ab Aimonio in lib. 2. hist. Franc. et ab Hermanno Contracto in Chronico, quod editum est a Canisio. In Appendice vero Marcellini Comitis, ex qua Hermannus haec desumpsit, *omnirugus* perperam exaratur, annusque, quo a Narsete devictus est, male designatur, cum haec clades anno 33. Iustiniani, ut minimum, contigerit.

Pag. 133. B. [346, 3.] ὡς οὐκ ἐνδώσοι. Male haec verba vertit Interpres. Vide Collectanea veterum historicorum de Francis, quae ab Andrea du Chesne olim sunt edita in tomo 1. rerum Francicarum, ubi hunc locum et alios quosdam interpretati sumus.

Pag. 133. C. [346, 11.] στέλλει Πέτρον, ὃς τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ταγμάτων ἡγεῖτο. Verte: *Petrum Magistrum officiorum.* Sic enim Graeci eam dignitatem designare solent, ut P. 214 notavi ad librum 26. Ammiani Marcellini, p. 318. Sane Menander

hunc Petrum infra *μάγιστρον* appellat, eumque omni genere doctrinae et praecipue iuris scientia instructum fuisse testatur, eiusque meminit p. 140. B.: *Πέτρος ὁ τῶν περὶ βασιλέα καταλόγων ἡγεμών.* Hic est Petrus Patricius et Magister, de quo multa annotavi in Excerpta ex eius historia. Vide et paginam 149. C.

Pag. 133. C. [346, 14.] *ὡς πάρεστιν ἐπικρυκευσάμενος.* Apparet legendum esse *ἐπικηρυκευσάμενος*, quod non monerem, nisi Cantoclarum in huius loci emendatione frustra aestuasse ex illius notis deprehendissem.

Pag. 133. C. [346, 18.] *Ἰσδεγουσνάφ.* Sic etiam appellatur infra p. 137. B. et 140. B. Is est omnino, qui a Procopio Isdigonnas dicitur, qui bis legatus a Chosroë Byzantium venit. Zich vocatur ab Agathia in fin. lib. 4. ab officii, quae apud Persas gerebat, nomine.

Pag. 136. C. [352, 7.] *ἐνομάδι δεκαετίας.* Lege absque ulla dubitatione *ἐν ὁμάδι.* Idem enim est ac illud, quod supra dixerat, *ἐν ἑνὶ ξυναθροισμῷ.* Nam cum Persae praeferienda pace annuum tributum sibi a Romanis pendi vellent, Romani tandem assenserunt, ut quotannis quingenta auri centenaria penderent, ac decennii tributum duabus pen-
V. 140 sionibus praestaretur. At Persae decennii tributum una pensione in antecessum sibi solvi cupiebant.

Pag. 136. C. [352, 8.] *ἔνια τῶν ἑπτά.* Scribe *ἑνιαυτῶν*, quemadmodum legisse videtur Interpres.

Pag. 137. D. [354, 22.] *οἱ ἐκεῖνοι βάρβαροι.* Lege *ἐκείνη βάρβαροι.*

Pag. 139. A. [357, 7.] *Ἐξισάτῳ καὶ τοῖς ἑτέροις ἡγεμόσιν.* Hic Exisatus supra *Δείτατος* vocatus est, unus e ducibus Romanorum in Suania. At Interpres nomen proprium esse haudquaquam putavit.

Pag. 140. C. [359, 21.] *τοῦ λεγομένου Χοροντζόν.* Procopius *Τζοὺρ* nominat. Scribit enim in lib. 6. Goth., Caucasum montem qua in ortum et meridiem vergit, in duas angustias desinere, quarum altera *Tzur* appellatur, altera *Caspiae portae*, et per has fauces Hunnorum gentes in Romanorum et Persarum ditionem irrumpere. Itaque haec castella diligenter servabantur a Persis, et Romani ad eorum custodiam sumptus et stipendia conferebant, teste Theophylacto in l. 3. c. 9. et historia Misc. lib. 16., quod quidem iam inde a Leone Aug. temporibus postulasse Persas ait Priscus pag. 43.

Pag. 144. A. [366, 15.] *οἴοιτο ἀδικεῖσθαι.* Addenda videtur particula negativa, hoc modo, *οἴοιτο οὐκ ἀδικεῖσθαι.*

Pag. 146. A. [370, 18.] *Σκένδεις καὶ Σάραπα.* Procop. in lib. 4. Goth. pag. 339. *Σκάνδα καὶ Σεραπανὶς* vocat.

Pag. 146. B. [371, 2.] *τοῦ καθ' ἡμᾶς δούλου ὁ δούλος.*

Totus hic locus pessime acceptus est ab Interprete, quem ego ic interpretor: *Petrus contra respondit: Id quidem minime ontigit, propterea quod Suani a nobis non defecerant, cum Lazi nobis servirent. Hoc igitur affirmo, servos servorum vostrorum minime a nobis defecisse.*

Pag. 147. C. [373, 13.] ὅμως δ' οὖν ἐπίστατο Πέρσαις. Scribe *ἐσπείσατο*. Haec legatio Petri Patricii foedusque Romanorum cum Persis contigisse videtur anno 36. Iustiniani, it ex ipso Menandro colligere est: qui p. 145. et 146. scribit, lecem annos tunc praeteriisse, ex quo Chosroës Suaniam occupaverat. Suaniam porro ceperant Persae anno 6. post foelus quinquennale initum cum Persis, ut docet Procopius in ib. 4. Goth., id est anno 26. Iustiniani: quippe foedus illud quinquennale cum Persis initum fuerat anno 20. Iustiniani, quemadmodum testatur Marcellinus in Chronico.

Pag. 147. C. [373, 17.] κατέλυσε τὸν βίον. Post haec verba collocanda sunt ea, quae habentur pag. 99. in tit. περὶ Ἀβάρων etc.

Pag. 100. A. [283, 2.] ὁ γὰρ ἐσφρίγα οἱ τὸ σῶμα. Scribe: ὃ Καυδίχ, αὐτίκα (οὐ γὰρ ἐσφρίγα etc. et post vocem ῥᾳθυμότερον claudenda est parenthesis). Idem de Iustiniano scribit Agathias in libro 5., illum scilicet, qui olim bellicosissimus fuerat, et qui Africam atque Italiam subegerat, ingravescente aetate paulatim emollitum fuisse: adeo ut bellicos labores formidare videretur. Proinde id potius studebat, ut barbaros inter se committeret, donisque interdum pacem redmeret. Quamobrem legiones imminui ac delabi patienter fe- P. 215
rebat, perinde ac si nulli deinceps usui futurae essent. Nam cum universae imperii Romani copiae 645. militum millibus constare debuissent, aegre tum temporis 150. millibus constabant. Ita valde accisae et imminutae erant Romanorum copiae Principis negligentia, qua mox ipsi Praefecti Praetorio ibusi ad quaestus proprios, partim stipendio militem fraudabant, partim serius persolvebant. Haec Agathias.

Pag. 100. B. [283, 11.] οὐ γὰρ πολλῷ ὕστερον. Haec prima legatio Avarum Constantinopolim introisse dicitur anno 60. Iustiniani in libro 16. historiae Miscellae. Iustinianus autem e vita decessit anno 40. imperii. Sed in historia Miscella annum huius legationis Avaricae male assignari existimo: quae potius assentior Victori Tununensi, qui id refert anno 36. Iustiniani; *eodem anno*, inquit, *Iustinianus Princeps legatos Abarorum, unde venerant, facit* (sic). Quae tamen verba referenda potius sunt ad secundam Abarum legationem, de qua Menander pag. 101. A.

Pag. 100. B. [283, 19.] τῶν βασιλικῶν μαχαιροφόρων. Menander initio libri 8. de eodem Valentino loquens, εἰς δὲ

οὗτος τῶν βασιλείων ξιφηφόρων. *Spatharii* a Latinis dicuntur, quos sic describit Corippus in lib. 3.:

Armiger interea domini vestigia lustrans
Eminet excelsus super omnia vertice Narses.

Pag. 100. C. [284, 3.] Οὐϊγούροις, εἶτα Ζάλοις. Pag. 109. B. Οὐϊγοῦροι dicuntur Turcis vicini.

Pag. 100. C. [284, 5.] ὅτι ἐπεὶ οἱ ἄρχοντες τῶν. Scribe meo periculo οἱ ἄρχοντες Ἀντῶν. Et paulo post, ubi legitur πιεζόμενοι δ' οὖν ταῖς τῶν πολ. ἐπιδρομαῖς οἱοῦτα, lege ἐπιδρομαῖς οἱ Ἄνται. Nec multo post emendo: περιβέβληται δύναμιν ἐν Ἄνταις; deinde in eodem capite scribe: ἔτεμνον τὴν γῆν τῶν Ἀντῶν, quod quidem miror ab Interprete non animadversum fuisse. De Antis vide Procopium et Iordanem.

Pag. 101. D. [286, 21.] Lege ἐγκαθειργμένοι εἶεν. Quae deinde sequuntur, sunt ex libro 2. historiarum Menandri, de legatis Avarum, qui imperante Iustino Byzantium venere, ut solemnia munera, quae a Iustiniano ipsis dari consueverant, ab Iustino quoque acciperent; fascias scilicet auro variegatas; σειρὰς et χαλῶδια vocat Menander. Iis autem fasciis sex prandeis Abares comam vinciebant, ut docet historia Miscella lib. 16., unde Corippus in lib. 1. dicit:

—— *colubrimodis Abarum gens nexa capillis.*

Porro haec legatio Avarum introducta est die 7. post inaugurationem Iustini Iunioris, teste Corippo in lib. 3.:

Septima lux aderat.

et mox,

Legatos Avarum iussos intrare Magister
Ante fores sacras divinae nuntiat Aulae,
Orantes sese vestigia sacra videre
Clementis domini: quos voce et mente benigna
Imperat acciri.

Reliqua Corippi narratio cum Menandri historia prorsus congruit.

Pag. 103. C. [290, 1.] ἐς τὴν τῶν Φράγγων χώραν. Abares post mortem Clotharii in Thuringiam irruperunt, et cum Sigisberto bellum gessere, ut scribit Paulus in hist. Longobardorum lib. 2. cap. 10. et Gregorius Turonensis lib. 4., quod notandum est contigisse anno primo Iustini Iunioris. Male ergo Hermannus Contractus anno 561. id refert quinquennio ante Iustiniani mortem.

Pag. 103. C. [290, 2.] ἀπολογίαν θαυμάσαντες. Post haec verba sequi debet legatio Iustini ad Persas, quae refertur pag. 148. A., quod quidem manifeste convincitur ex illis verbis, quae ibi leguntur sub initium: παρενεγγύησε δέ μοι [scribe οἱ,] ἐκ μὲν τοῦ ἐμφανοῦς ἀνακήρυξιν ποιήσασθαι τῆς αὐτοῦ ἐκ τὴν

βασιλείαν ἀναγορεύσεως. Solebant enim tunc temporis Imperatores Romani, simul atque imperium adepti fuerant, id Persarum regi per legatos nuntiare, ut Theophylactus etiam te- P. 216
statur. Quam consuetudinem Iustinus quoque servare voluit in exordio imperii.

Pag. 148. C. [374, 10.] *τῷ μὴ διὰ τοὺς ἐπιτιθεμένους.* Scribe: *δι' αὐτῆς*, supple *Συνανίας.*

Pag. 149. B. [375, 6.] *μυριάδες ταῦτα.* Scribe: *μυρία δὲ ταῦτα.*

Pag. 149. B. [375, 11.] *ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἐμβριθής τε ὤν.* Scribe *Ἰουστῖνος*, quod confirmat etiam Suidas, qui locum Menandri profert ex pag. 151. B.

Pag. 150. B. [377, 6.] *ὑπερειδόμενος γάρ.* Scribe *ὑπερηδόμενος.* Et mox pro *εἴπερ ἀκουσίως* lege *ἤπερ.*

Pag. 151. B. [379, 5.] *ὅπως ὅσοι τό γε αὐτῷ ἐς δικαιολογίαν.* Dubium non est, quin Menander scripserit: *ὅπως ἔσοιτό γε αὐτῷ*, id est, *ut aliquem inde praetextum haberet, tanquam Suanis Romano imperio parere nolentibus. Tametsi ad eam rem incitarentur.* Et sic corrigenda est Cantoclari interpretatio.

Pag. 151. D. [380, 3.] *εὖ διαθείη.* Post hanc legationem recurrendum est ad pag. 103. C.: *ὅτι ἠγγέλθη Ἰουστίνῳ.* Haec enim omnia inter se connecti manifestum est.

Pag. 103. D. [290, 13.] *τῷ ἅμα Ἰωάννῃ γενομένῳ.* Scribendum puto: *τῶν ἅμα Ἰωάννῃ γενομένων ἑνὶ κατὰ δὴ τὴν Περσῶν πρεσβεῖαν*, id est, *litterae Timotheo traditae sunt, uni ex iis, qui Ioannem in legatione Persica comitati fuerant.*

Pag. 104. D. [292, 4.] *πρεσβείαν, διαλεχθησομένους.* Frustra huic loco Hoeschelius asteriscum affixit. Usitata enim est locutio tam apud Graecos, quam apud Latinos: quae figura *πρὸς τὸ σημαινόμενον* dicitur.

Pag. 105. C. [293, 14.] *οὐχ ὅσιον ἔφασκεν εἶναι μετὰ ὅσα.* Scribendum est: *μὴ τὰ ὅσα* etc., ut videtur legisse Cantoclarus.

Pag. 106. B. [295, 1.] *εἰ Σαρακηνῶν ἔθνη καὶ ταῦτα Νομάδων.* Leg. *εἰ Σαρακηνῶν ἔθνει τούτῳ καὶ Νομάδων*, id est, *Saracenorum et Nomadum genti.* Vox *τούτῳ* non mediocrem habet emphasin. *Μίξει τῶν αἱρετικῶν φαρμάκων*, leg. *τῶν ἐναιρετικῶν.*

Pag. 108. C. [299, 6.] *ἄρα κατὰ κώμης.* Scribe, *κώμας.* Paulo post lego: *ἀναδιδάξατε, ὅση τῶν Ἀβάρων πληθὺς τῆς τῶν Τούρκων ἀφηνίασεν ἐπικρατείας.* Qua quidem emendatione nihil certius.

Pag. 108. D. [300, 3.] *ἐφοίτησαν πολιτείᾳ.* Post hanc Turcorum legationem, quae ineunte anno quarto Imperatoris Iustini Constantinopolim ingressa est, ut testatur Menander pag. 106. C., proxime sequi debet Iustini legatio ad Turcos,

quam habes pag. 151. D., cuius quidem legationis princeps fuit Zemarchus. De cuius ad Turcos legatione vide Theophanem Byzantium in Bibliotheca Photii cap. 64.

Pag. 151. D. [380, 4.] *Σακῶν καλουμένων τὸ πάλαι.* Theophanes Byzantius Turcos a veteribus Massagetas esse nominatos scribit: a Persis vero Kermichionas dici.

V. 141 *Pag.* 151. D. [380, 11.] *τῷ δευτέρῳ ἐνιαυτῷ τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος περιφορᾶς.* Vertendum erat *Indictione secunda.* Hoc enim significant haec Menandri verba: quanquam Graeci frequentius *ἐπινέμησιν* vocant, quam Latini dicunt indictionem. Ceterum valde notandus est hic locus, qui insignes continet temporum characteres. Ait enim Menander Zemarchum, cui legatio Turcica ab Imperatore mandata fuerat, profectum fuisse Byzantio sub initium mensis Augusti, affecto iam anno quarto Imperatoris Iustini, indictione secunda: sed pro *δευτέρῳ* legendum est *τρίτῳ*. [Fallitur Val. N.] Nam Iustinus indictione quindecima imperium inierat, die quindecima mensis Novembris. Itaque tunc cum Zemarchus profectus est, indictio tertia paene ad exitum pervenerat, et Kalendis Septembris proximis inchoanda erat indictio quarta. Ex hoc etiam loco coniicere est, Menandrum annos Imperatorum et indictionis tempora signare solitum esse. Quod utinam a Procopio et Agathia praestitum fuisset.

Pag. 152. B. [381, 3.] *ὅσα ἐάττα ῥήματα.* Scribe *ἅττα ῥήματα.*

Pag. 152. D. [382, 8.] *ἔξεστε δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς.* Supple *πολιτείαν.* Sic supra locutus est Menander, pag. 108. D. de legatione Turcorum: *καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οὐχὶ ἄλλως ἐφοίτησαν πολιτείᾳ.*

P. 217 *Pag.* 153. D. [384, 9.] *τὸν νόμον τῆς σιωπῆς.* De silentio Persarum in conviviis vide quae notavi ad librum XXV. Ammiani Marcellini, pag. 277.

Pag. 154. B. [385, 1.] Lege *τὸ πατρῷον διαδεξάμενος γέρας.* Et paulo post: *οἶμαι δὲ τὸ*, scribe *τῷ*, id est: *hanc autem dignitatem paternam, ut equidem iudico, a Dizabulo obtinuerat eo, quod pater eius Maniach Dizabulo carissimus et fidelissimus fuisset.*

Pag. 154. C. [385, 9.] *διὰ φρουρίων ἐπορεύοντο.* Post finem huius legationis sequi debent ea, quae leguntur pag. 108. D. 1 *ὅτι διαθρυλληθὲν* etc.

Pag. 109. A. [300, 16.] *ὃς ἀνεῖτο ἐς τὴν τῶν ἐπιστολέων συλλαβῶν ἀπαγγελίαν.* Scribe *συλλαβῶν.* Sic enim Menander epistolas vocare solet. His autem verbis Veredarium designat, qui praemissus erat, ut veloci equorum permutatione reditum Zemarchi Iustino nuntiaret.

Pag. 110. B. [302, 21.] *ὅτι Ἀβάρων καὶ Φούγων.* De

pace inter Sigibertum, regem Francorum, et Chaganum, Avarum principem, facta vide Gregorium Turonensem in libro quarto cap. 23. Ceterum notabis obiter Menandri religionem, qui Sigiberto *βασιλέως* vocabulum non tribuat, uti nec ceteris barbaris: timebant enim Romani, ne imperatoriam maiestatem laederent, si *βασιλέως* vocabulum barbarorum regibus communicarent, solisque Persarum regibus illud tribuere solebant: quos etiam Latini Persarum Imperatores vocabant, ut patet ex Chronico Abbatis Biclariensis.

Pag. 110. C. [303, 13.] *τῶν Ῥωμαίων συμμαχούντων τοῖς Γήπαισιν.* Cum Gepidae a Longobardis gravissima clade affecti fuissent, ad Iustinum Imperatorem confugerant, qui Baduarium generum eis auxilio misit, ut scribit Theophylactus in l. 6. cap. 10. De hoc Baduario loquitur Corippus in l. 3.:

Dispositorque novus sacrae Baduarius aulae,
Successor soceri, factus mox Curopalates.

Idem postea proelio victus a Longobardis, oblit in Italia, anno decimo Iustini Imperatoris, ut scribit Abbas Biclariensis in Chronico.

Pag. 110. D. [303, 17.] *τὰς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μὴ παραδέλφου σπονδάς.* Scribe *τοῦ μητραδέλφου.* Etenim Iustinianus Imperator avunculus erat Iustini, frater Vigilantiae, quam Iustinus matrem habuit, teste Corippo et Victore Tununensi.

Pag. 114. A. [310, 8.] *ὅτι αὖθις ἦλθε Ταργίτιος.* Haec legatio plenius refertur in p. 154. C. et seqq., quae hic locum habere debet. Porro ex huiusmodi repetitione satis apparet horum fragmentorum duas fuisse collectiones. Proinde nemo mirari debet, qua ratione fieri potuerit, ut haec fragmenta adeo confusa sint et perturbata.

Pag. 115. D. [313, 16.] *στέλλει Σεβόχθην.* Post hanc legationem Sebochthis quae sequuntur usque ad *πολὺν ἀπειράζονται φόνον*, Menandri non sunt, sed Theophylacti Simocattae verba ex libro 1. cap. 3., quin et illa *ἐκ τῆς β' βίβλου* ad Menandrum non pertinent, sed ad Theophylacti historiam, ex qua legationes quoque Constantinus excerpserat, ut titulus docet, seu prooemium horum Excerptorum.

Pag. 119. A. [317, 14.] Post haec verba, *ἐκ τῆς βασιλίδος*, sequi debent ea, quae habes pag. 156. D. ex lib. 6. historiarum Menandri, *ὅτι ἡ βασιλὶς Σοφία*, usque ad illa verba: *ἦρος ἀρχομένου συνέστη πόλεμος*, quae leguntur pag. 158. A., ac deinde scribe quae habentur pag. 165. D.: *ὅτι νίκα Τραϊανὸς*, usque ad finem capitis: quo transcurso, redundum est ad pag. 158. A., ubi legitur *ὅτι ὁ Τιβέριος Καῖσαρ* etc.

Pag. 119. B. [318, 5.] *ὡς ὁ Ἀβείρ ἀπέστη.* Lege *ὁ Σαβείρ*, id est Sabirorum regulus. Paulo ante non intellexit Interpres haec verba: *χάριν εἰδέναι τῷ κρείττονι*, id est, *grates agebant Deo.* Graeci enim Deum appellant *τὸ κρεῖττον.*

Pag. 160. D. [397, 17.] *ἀφῆκε τὴν Θεοδοσιούπολιν.* Post haec verba sequi debent ea, quae habes pag. 119. C.: *ὅτι τῶν στρατηγῶν.*

Pag. 120. A. [319, 8.] *Θεόδωρος ὁ Πέτρου, ὃς τῶν ὁ τῇ αὐλῇ καταλόγων* etc. Hic locus sic vertendus est: *Theodorus, Petri filius, qui prius quidem Magister Officiorum fu-*
P. 218 *rat, tum vero Comes erat largitionum.* Quod confirmat Theophylactus in lib. 3. cap. 15., ubi de hac legatione loquens, ait: *Θεόδωρόν τε τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ τιμώμενον.* Corippus in lib. 1. huius Theodori meminit:

Successorque boni redivivaque gloria Petri
Hinc Theodorus adest patria gravitate Magister.

De eodem loquitur historia Miscella in fine libri 16. Erat hic filius Petri illius Patricii ac Magistri, de quo toties locuti sumus. Iisdem temporibus fuit alter Theodorus, Bacchi filius, cuius supra meminit Menander.

Pag. 120. A. [319, 15.] *Κωνσταντῖναν.* Id est *Constantinam, urbem Mesopotamiae*, de qua Procopius et Stephanus et Amm. Marcellinus.

Pag. 120. B. [319, 18.] *Μεβώδην τὸν Σανναχοερίτην.* Theophylactus in lib. 3. cap. 15., ubi hanc historiam persequitur, *Σαρναχαργάνην* nominat.

Pag. 120. D. [321, 2.] *καὶ οὐ τὸ τοιόνδε σιγηθῆναι.* Locus prava interpunctione corruptus Interpretem fefellit. Sic enim erat distinguendus: *τίς αἴτιος καὶ οὗ, τὸ τοιόνδε* etc., id est, *tandem legati eo devenerunt, ut de violatis induciis utri auctores violandi foederis, utri minime auctores fuissent, de huiusmodi omnia silentio involverentur.*

Pag. 121. A. [321, 8.] *ἀποχωρῆσαι περὶ Ἀρμενίας τε καὶ Ἰβηρίας.* Scribe *Περσαρμενίας.* Has enim regiones occupaverant Romani, ut scribit Abbas Biclariensis in Chronico anno 1. imperii Iustini: *Armeniorum gens et Iberorum, quae a Cosdra, Persarum Imperatore, ad cultum idolorum compelluntur, renuentes tam impiam iussionem, Romanis se cum suis provinciis tradiderunt. Quae res inter Romanos et Persas pacis foedera rupit.* Verum haec deditio Armeniorum non anno primo Iustini, sed sexto videtur contigisse. Septimo enim Iustini Imperatoris anno pax inter Romanos et Persas dissoluta est, ut scribit Theophylactus in libro tertio cap. 9., Theophanes et historia Miscella. Vide Euagrium in libro quinto cap. 7.

Pag. 121. D. [322, 13.] *οὐδέ γε ἦ τελέως κατολισθήσοι.* Scribe *εἰ τελέως*, quomodo saepe peccatum est in his libris.

Pag. 121. D. [322, 15.] *γενεάρχας Περσαρμενίων.* Sic etiam pag. 167. C. appellantur. Euagrius in libro 5. *ἄρχοντας* simpliciter appellat. Plerique barbarorum in tribus et gentes erant divisi, ac singulae tribus suum habebant principem. Sic Priscus p. 55. A. de Scythicis gentibus: *πολλῶν κατὰ φῦλα καὶ γένη ἀρχόντων τοῦ ἔθνους.* Ita tamen ut unus ex iis principem locum obtineret. Apud Malchum quoque p. 91. D. Amorcesus quidam dicitur *τοῦ Νοκαλίου γένους.*

Pag. 123. B. C. [325, 18.] *Μοίρας τινὸς ὡς τὸν παρασχόμενον ἄνδρα μούσης.* Scribe meo periculo *ἀναδραμούσης*, id est, *pactum non esse, ut alterutri parti liceret, restituta integra pecunia, aut aliqua eius parte ei, qui dedisset, reddita, a foedere discedere.* At Cantoclarus nescio quid de musica hic somniavit.

Pag. 123. C. [326, 1.] *ἰσχυρότατά πως ἀπομνύμενος.* Scribendum videtur *ἐπομνύμενος.*

Pag. 123. D. [326, 7.] *οὐδὲ μεῖναι ἑτέρου.* Scribe *οὐδὲ μὴν ἑτέρου*, et paulo post scribe: *ὃς ἐν τῷ τότε τὸν βασίλειον ἰθύνειν ἐκληρώσατο λόγον.* De Mauricio loquitur, Pauli filio, qui postea Imperator est factus; quem tunc temporis, id est circa annum 9. Iustini Imperatoris, ait Menander fuisse magnum Logothetam. Sic enim interpretor Menandri verba proxime allata. Vide Nicephorum Patriarcham in hist. p. 115., ubi Logothetam vulgo dictum esse scribit *τῶν δημοσίων λογιστήν*, sed in Menandro forte legendum est *λόχον* pro *λόγον* Erat enim tunc Mauricius Comes Excubitorum, ut docet Theophyl. in lib. 3. cap. 15.

Pag. 124. C. [327, 18.] *τοῦ ἑῴου πολέμου ἐπ' ἀδήλοις.* Quae deinde sequuntur, prorsus alieno loco posita sunt, ut series ipsa temporum docet, et ad librum 8. Menandri refe- V. 142
renda sunt, ut inferius dicam. His igitur resectis, post verba citata scribe ea, quae habes p. 124. D.: *ὅτι οἱ Μῆδοι* etc. deinceps.

Pag. 125. A. [329, 3.] *ὅτι τὰ Χοσδρῶ.* Lege *ὅτι Ταγχοσδρῶ.* P. 219
Sic enim vocat Suidas in v. *Ταγχοσδρῶ.* Infra p. 165. D. *Ταγχοσρῶ* scribitur, at in p. 173. C. *Ταχοσδρῶ*; apud Euagrium in lib. 5. cap. 20. *Ταμχοσρόης* vocatur. Theophyl. in lib. 3. cap. 15. *Ταμιχοσρῶ* vocat. Sed Tanchosdro vel Tanchosro scribi malim, quemadmodum apud Amm. Marcellinum Tansapor quidam dicitur Magister militum Saporis, regis Persarum.

Pag. 125. B. [329, 11.] *ἐκτραπεὶς ἀπὸ τοῦ καθαρίζειν.* Scribe meo periculo *τοῦ Κιθαρίζων*, quod nomen est castelli, teste Theophylacto in lib. 3. cap. 15., ubi eandem, quam

hîo Menander narrat historiam, summa duntaxat capita del bans. Itaque quod Menander dixerat ἐκπραπεὶς ἀπὸ τοῦ Κι θαρίζων, ipse dicit τό,τε Κιθαρίζων τὸ Ῥωμαίων φρούρι παραμείψας. Eadem forma dicitur Χλωμάρων, castellum i Arzanene, cuius meminit Menander infra in hac pagina Theophylactus in libro secundo. Similiter τὸ Ἀφουμῶν s pra pag. 167. B., cuius mentio fit etiam a Procopio et The phylacto.

Pag. 126. B. [331, 13.] τῆς πολιορκίας οἱ Ῥωμαῖοι. Po haec collocanda sunt ea, quae habes pag. 166. D.: ὅτι Τιβέριος etc. deinceps; quae quidem ad libr. 7. historiar Menandri videntur pertinere.

Pag. 168. B. [412, 1.] ἀπὸ Χοσρόου. Scribendum videtu ἐκυρώθη ἂν εἴτε Χοσρόου συνέβαινεν ἔτι περιόντος, quer admodum legisse videtur Interpres. Ceterum ex hoc lo manifeste colligitur, Chosroën seniorem usque ad Tiberii A gusti principatum regnavisse, quod etiam confirmat Theoph lactus in libro 3. cap. 16.; licet aliter sentiant Euagrius Cedrenus, aliique. Baronius Chosroïs mortem optime ex A thia collocavit anno Christi 579., qui est Tiberii Augusti nus primus, ut satis constat.

Pag. 168. C. [412, 10.] προσημήναντες τοίνυν οἱ Ῥωμαί πρέσβεις. Non intellexit hunc locum Interpres. Mos erat gatorum, non Romanorum modo, sed etiam Persarum, cum ad imperii limitem accessissent, adventum suum sign carent iis, ad quos veniebant, quod προσημαίνειν dicit M nander, cuius consuetudinis exemplum habes in lib. 1. hist riarum Menandri pag. 133. C. et apud Libanium in oratio consulari ad Iulianum Imperatorem p. 244.

Pag. 174. C. [423, 22.] ἐς τὰ περὶ Κωνσταντίνην. P haec verba collocanda sunt Excerpta ex lib. 8., quae legunt pag. 161. A.: ὅτι περὶ τὸ δεύτερον ἔτος.

Pag. 161. B. [398, 9.] Ἀναγκάστης ἐνταῦθα. Anagast Patricius memoratur in Chronico Abbatis Biclariensis.

Pag. 161. D. [399, 11.] ἐν ὀκτὼ γὰρ μοίραις. Atqui M nander supra in pag. 108. B. quatuor duntaxat principat esse Turcorum dixerat, ut alterutro in loco mendum late necesse sit; apud Theophylactum in lib. 7. cap. 7. Chagan Turcorum septem se gentium dominum vocat.

Pag. 162. C. [401, 3.] ἱππείαν ἐσαθροίσουσι. Scribe ἐσ θρήσουσι, ut videtur legisse Cantoclarus; sed hic locus pra interpunctione corruptus est, quod quidem miror ab Interpre non animadversum fuisse. Quis enim non videt, legendu esse continue: εἴγε τὴν κατ' ἐμὲ ἱππείαν ἐσαθρήσουσι μ στιγα. Verte igitur: *et Varchonitae quidem utpote Turcor famuli, cum voluero, ad me redibunt, et simulatque flagell*

meum equestre conspexerint in ipsos immissum, in interiora terrae sese abdituri sunt. Verba sunt Turxanthi, Turcorum reguli, plena fastus et arrogantiae barbaricae adversus Abaros, quos Varchonitas appellat; hoc enim erat verum nomen Abarorum, teste Theophylacto in libro septimo cap. 8. *Οὐαρχωνῖται*, seu *Οὐὰρ καὶ Χουννί.*

Pag. 162. D. [401, 11.] *ὡς ἂν εἴποιμι διὰ τὰς δυσχωρίας.* Scribe *ὡς ἀπείποιμι.*

Pag. 163. C. [402, 17.] *καὶ πραγμάτων ὁσίων ταμεῖα.* Legendum est *ταμίαι.*

Pag. 163. D. [403, 9.] *καταχαράττειν τὰ πρόσωπα ταῖς μαχαίραις.* De hoc Hunnorum more plura notavi ad lib. 31. Amm. Marcell. p. 415.

Pag. 164. C. [404, 15.] *εἶτα οὕτως ἀφῆκεν.* Post hanc Romanorum ad Turcos legationem collocanda sunt ea, quae habes p. 124. C. de Sclavis, *κατὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος*, usque ad illa verba *πολλὰ λῃΐσασθαι*; deinde redeundum est ad p. 164. C.: *ὅτι κεραϊζομένης τῆς Ἑλλάδος* etc. In Chronico quidem Abbatis Biclariensis haec Sclavorum in Thracias irruptio refertur anno 5. Tiberii Augusti, sed Menandri potior est auctoritas. P. 220

Pag. 164. D. [405, 11.] *τῶν νήσων διήνυε τὴν ἀρχήν.* Provincia insularum olim quidem sub Proconsule Asiae, ut testatur notitia imperii Romani. Tunc vero aliter videntur constitutae fuisse provinciae. Insularum provincia passim memoratur in subscriptionibus Conciliorum.

Pag. 165. D. [407, 4.] *πάντων ἐθνῶν οὐδαμῶς.* Post haec scribe quae habentur p. 124. C.: *ὅτι ὁ Καῖσαρ* etc., ubi Caesaris nomen abusive positum videtur pro Augusti nomine, eo quod Tiberius olim sub Iustino Caesar fuisset. Transcurso deinde hoc capite, collocanda est legatio, quae legitur p. 126. B.: *ὅτι Ἰταλία* etc. consequenter.

Pag. 127. A. [333, 2.] *πρὸς τὴν βουλὴν ἐς τὸ φανερὸν ἐκπεσεῖν.* Scribendum est *πρὶν τὴν βουλὴν.*

Pag. 127. D. [334, 5.] *ὑβρίσθαι μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτόν.* Lege *πρὸς αὐτῶν*, id est a Sclavis.

Pag. 129. D. [338, 7.] *κατὰ τὴν Ἰλλυριῶν αὐτὸν διοδεύειν τὰ μετὰ τῶν.* Scribe *διοδεύοντα μετὰ τῶν.*

Pag. 130. D. [340, 4.] *ἣν δικαιώματα καὶ προσήκειν αὐτῷ.* Scribe *ἦν δικαιώτατα.*

Pag. 132. A. [342, 9.] *ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάγησαν.* Post haec verba sequi debent ea, quae leguntur p. 174. C.: *ὅτι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας*, et hic historiam suam clauserat Menander, in expugnatione scilicet Sirmii, aut potius in eius deditione, et in obitu Tiberii Imperatoris. Etenim Sirmium Abaris deditum

est paulo ante Tiberii mortem, ut a Menandro scriptum esse testatur Theophylactus in lib. 1. cap. 3.

Pag. 175. B. [425, 9.] *ὃς προσειώρησε τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ.* Scribe *ὃς προσεχώρησε.* Is Bocolabra dicebatur, qui cum una e Chagani pellicibus congressus, timensque ne graves poenas lueret, ad Turcos confugere statuerat. Sed in itinere captus a Romano duce, ad Mauricium Imperatorem transmissus est, ut refert Theophylactus in cap. 8. libri primi.

Haec sunt, quae ad Menandri historiam olim in schedis annotaveram, scriptoris eximii, cuius elogium habes apud Theophylactum in lib. 1. cap. 3., qui etiam eius historiam continuavit. Sunt et alia Menandri fragmenta luculenta apud Suidam in v. *Μένανδρος*, quod fragmentum descriptum est e Prooemio historiarum Menandri, in quo de suo genere praefatus fuerat, proinde ut Agathias, cuius historiam continuabat. Est et aliud fragmentum illius apud Suidam in v. *ἀντάφρενον*, et in v. *δοκιμάσας*, et in *ἐμβριθὴς*, et in v. *ἐξεδουπῆσαι*, de tympanis Abarum et de Boni ducis antistrategemate. Item in *Μαυρίκιος*, de laudibus Mauricii Magistri militum Orientis. Item in voce *σπαλίωνες* et in *Ταγχοδίτης*. Ne quis autem miretur, haec fragmenta adeo confusa ac perturbata ad nos pervenisse, meminisse debet Lector, hanc editionem ex duobus MSS. codicibus a Davide Hoeschelio esse concinnatam, Boico scilicet et Andreae Schotti, quorum alter altero integrior fuit, ut in praefatione monuit Hoeschelius. Duae proinde horum Excerptorum collectiones fuerunt, quas supra in notis observavi. Atque huic operi idem videtur contigisse, quod Bibliothecae Photii, cui altera eiusdem argumenti adiecta est, ut patet ex iisdem auctoribus, qui bis a illa Bibliotheca descripti reperiuntur.

PHILIPPI LABBEI

NOTAE HISTORICAE ET ANIMADVERSIONES

IN ECLOGAS

OLYMPIODORI THEBAEI, CANDIDI ISAURI,

ET

THEOPHANIS BYZANTII.

EX OLYMPIODORO.

Pag. 3. A. *ed. Par.* [447, 1.] Olympiodorus hic no- P. 88
ster natione Aegyptius, patria Thebaeus, religione genti- V. 199
lis, professione poëta, non tam omnibus suis numeris absolutam historiam, quam collectorum tumultuaria opera commentariorum libros duos ac viginti, *ὕλην* inscriptos, posteritati reliquit; exorsus ab anno Dominici Natalis 407., quo Honorii Augusti VII. Consulis collega fuit Theodosius Iunior, ex fratre Arcadio nepos, usque ad annum 425., quo Valentinianus, eius nominis tertius, ex Caesare Imperator iussu patruelis sui Theodosii Augusti Romae renuntiatus est. Zosimus Comes, non ignobilis historicus, lib. 5. p. 803. editionis Sylburgianae, meminit Olympiodori Thebani, quo fit, ut merito arguendi sint, qui Olympiodoro Zosimum praemittunt. Huius verba eo libentius exscribo, quod vix ulli alteri ex antiquis, si a Photio Patriarcha discesseris, cuius incredibili diligentiae huius aliorumque plurium, qui iniuria temporum perierunt, Excerpta debemus, notus fuisse videatur. *Ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ, μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἄποικος, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι, καὶ οὐχ ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖός φησι διὰ τὸ Ῥῶμον* etc. Ab hoc vero nostro diversus omnino fuit tum Olympiodorus Philosophus, quem Aristotelis dogmata exponentem, teste Suida, audivit Proclus Lycius, cuiusque exstant aliquot in Platonem eiusque discipulum Stagiritam commentarii partim P. 89
editi, partim calamo duntaxat exarati; tum alius ille, sive Monachus, sive Alexandrinae Ecclesiae Diaconus, qui in Iobum, Ecclesiasten, aliosque nonnullos sacrae Scripturae libros notationes catenasve conscripsit.

Pag. 3. A. [447, 4.] *Valentinianus, Constantii et Placidiae filius.* Crebra hic mentio Constantini tyranni, Constantis, eius filii, et Constantii ex Magistro militum Imperatoris, Galli Placidiae mariti, tenebras Graeco contextui offudit, incuria, ut arbitror, librarii, Constantinum aut Constantem pro Constantio saepenumero subrogantis, ut hoc loco aliisque, quae in Latina interpretatione sanavimus. Idem quoque mendum me observasse in Idatio, Prospero utroque, Marcellino similibusque Fastorum, Chronicorum Annaliumque auctoribus, quod modo monuisse sufficiat, ne quis ad hunc scopulum posthac offendat. Sylburgius in brevibus illis Olympiodori Eclogis, quas a Francisco Pithoeo communicatas Iuliani Augusti Caesaribus subiecit, et Vitis Imperatorum ex Suida collectis praefixit, *Κωνσταντίου* diserte ediderat.

Pag. 4. A. [448, 7.] *Patruelis.* Sic vertit Interpres *ἀνεψιὸν*, cum hoc loco fratre genitum, atque, ut vulgo dicitur, nepotem significet. Theodosius quippe ex Eudoxia Arcadii filius fuit, cuius frater Honorius, soror Placidia, Valentiniani III. mater, quod nemo ignorat. Vide Anastasii Bibliothecarii historiam pag. 11. sub finem de genealogia Valentiniani Magni accurate disserentem, licet schema genealogicum, quod praemittitur, corruptum sit.

Pag. 4. A. [448, 8.] *ἀναφονεῖ.* Lege *ἀναφωνεῖ.*

Pag. 4. A. [448, 10.] *Tutorem Stelichonem.* Recte Interpres expressit vocem *ἐπίτροπος*, quam Graeco textui inserendam docuit in notis David Hoeschelius. De Stelichone res protritas notumque, quid Claudianus in eius laudes poëtica licentia effusus, aliique, praesertim Ethnici, conscripserint. Unum e nostris profero Orosium, qui Zosimi atque Olympiodori fidem commendando Stelichone suo effraenem coerceat audaciam. *Cum a Theodosio Imp. seniore*, inquit cap. 37. lib. 7., *Imperio orientalis aulae, Stelichoni occidentalis imperii cura commissa esset, quid uterque egerit, quidve agere conatus sit, exstat utriusque docuit: cum alius sibi, alius filio suo affectat regale fastigium, gentes barbaras ille immisit, hic fovit.* Tum c. seq. initio: *Interea Comes Stelicho Vandalorum imbellis, avarae, perfidae et dolosae gentis genere editus, parvi pendens quod sub Imperatore imperabat, Eucherium, filium suum, in imperio substituere nitebatur.* Et paulo post: *occisus est Stelicho, qui ut unum puerum purpuram indueret, totius generis humani sanguinem dedit* etc.

Pag. 4. A. [448, 12.] *Serenam duxisset.* Genus tacet, quod docuit Zosimus p. 810. sub fin.: *Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ κ. τ. λ. — licet enim filiae fratris Theodosii senioris matrimonio iunctus esset, amborumque Theodosii filiorum regna ei credita fuissent, et annos tres ac tri-*

ginti militum Ducis munus gessisset etc. Ex quibus aliisque videas non tantum Eunapii Sardiani, quod monuit Photius, sed nostri etiam Olympiodori breviatorem Zosimum fuisse.

Pag. 4. B. [448, 14.] *Thermantiae.* Miror omissam ab Olympiodoro alteram Stelichonis filiam Mariam, cuius nuptias cum Honorio Imp. Epithalamio celebravit Claudianus, quamque cum sorore non omisit Marcellinus Comes in Chronico, sub Consulatu Bassi et Philippi: *Stelicho Comes, cuius duae filiae, Maria et Thermantia, singulae uxores Honorii Principis fuere, utraque tamen virgo defuncta* etc. Thermantiae mortem mense Panemo 5. Kal. Augusti feria 6. renuntiatam fuisse Constantinopoli Indict. XIII., Honorio X. et Theodosio VI. Coss., hoc est anno 415., testatur Chronici Alexandrini Auctor Anonymus.

Pag. 4. B. [448, 17.] *Olympii sanguinaria immanique opera.* Zosimus iisdem in hunc Magistrum officiorum apud Christianos celeberrimum actus intemperiis, plura de eo comminiscitur libro quinto a pag. 808. *Olympius oriundus a Ponto Euxino, splendida quadam militia Palatina donatus, quum sub specie pietatis Christianae magnam intra se malitiam tegeret, atque hominem se frugi modestumque simulans cum Principe colloqui frequenter soleret* etc. Cetera non exscribo, neque P. 90 enim mihi animus est conciliare omnia, quae de Stelichonis caede prorsus ἀσύγκλειστα apud Philostorgium, Orosium, Sozomen., Marcell. aliosque.

Pag. 4. B. [448, 20.] *Alarichum Gothorum praefectum.* Marcellinus in Chron. Olybrio et Probo Coss. narrat: *Rufinum Patricium Arcadio Principi tendentem insidias, Alaricum, Gothorum regem, missis ad illum pecuniis, infestum rei publicae fecisse, et in Graeciam misisse.* Inde postea a Stilichone in Illyricum, quod Honorio in partitione imperii obvenerat, invitatus, teste Prospero in Fastis, cum Radagaiso perruptis Alpium claustris Italiae fines pervasit. Plura in eandem rem Orosius, Sozomenus, aliique, quibus iunge Philostorgii Excerpta a Iacobo Gothofredo edita initio libri 12.

Pag. 4. C. [449, 4.] *Honorii Placidiam.* Sororem intel- V. 200 lige, quod in Graeco expressum Latinae interpretationi deest. Huius longiorem apud Gothos moram, initasque cum Ataulfo rege nuptias videtur ignorasse Constantinus Manasses, qui sic canit pag. 51. editionis Regiae, quae brevi vulgabitur:

Καὶ πλοῦτον τὸν βασίλειον Ἀλάριχος λαμβάνει.
Καὶ Πλακιδίαν ἀδελφὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως,
Ἥτις φυγοῦσα παρευθὺ τὰς χεῖρας τῶν βαρβάρων
Σπουδῇ πρὸς τὸν Ὀνώριον τὸν ἀδελφὸν ἐκτρέχει
Εἰς Ῥάβενναν στερρόπυργον πόλιν προσπεφευγότα,
Καὶ Κωνσταντίῳ ζεύγνυται τῷ ταύτην σεσωκότι.

Ἐξ ὧν Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος ἀπετέχθη
Ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς τῆς Ῥώμης.
Quae sic vertit Ioannes Leunclavius: *Rex Alaricus Imp toriis opibus potitur, et ipsa Imperatoris sorore Placidia, mox de barbarorum manibus elapsa, celeriter ad Hono fratrem se contulit, qui Ravennam, urbem munitam, p gerat: est autem in matrimonium collocata Constantio, per servata fuerat, de quo hic Valentinianus Iunior procreatus qui secundum haec Romae imperium consecutus fuit.*

Pag. 4. C. [449, 6.] Attalum illustrem virum, q Alarico ad imperium promotus est, vere pila ludibriu iocantis Fortunae, factus, refectus, non summam tunc sisse Praefecturam, sed urbis Romanae duntaxat fuisse I fectum, docet Philostorgius in Excerptis lib. 12., nemine. sciam, refragante: οὗτος δὲ Ἴων μὲν ἦν τὸ γένος, Ἐ δὲ τὴν δόξαν, τῆς αὐτῆς δὲ πόλεως ἔπαρχος. Viderint qui ἔπαρχον καὶ ἐπαρχότητα Praefectum Praetorio, et mam Praefecturam ἀνεξετάστως interpretantur.

Pag. 4. C. [449, 8.] *Sarum.* De quo multa Sozom lib. 9. capp. 9. et 15. Philostorgius lib. 12. segmento 3. et Zo Comes lib. 6., qui in hoc, aut auctoris obitu aut te rum iniuria, deficit; neque vero auctiorem fuisse Photii pore Zosimum, par est credere, ut discimus ex Codice 98. μυριοβίβλου. Quod autem ad oram exteriorem notavit I pres, Asarum quoque appellatum fuisse, id ex depravato incuriam dormitantis amanuensis codice originem traxit quippe legendum in Excerptis illis Photianis: ἀλλὰ Σ Γότθος καὶ αὐτὸς διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, non vero Ἄσαρος.

Pag. 4. D. [449, 16.] *Centenarios quadraginta acce* Hinc tantum incipiunt Olympiodori Eclogae in Romanae h riae tomo 3. editionis Sylburgianae.

Pag. 4. D. [449, 19.] *Καισαρίνα.* Scribendum καὶ Σ de cuius et Eucherii filii morte, nec non de Romae gen obsidione, et prae immani fame ἀλληλοφαγίᾳ plenae Historicorum paginae. Inter ceteros Zosimus refert in censibus ludis, Attalo tum absente, succlamatum fuisse: *tium pone carni humanae.*

Pag. 4. D. [449, 23.] *Buccellarii vocabulum.* De bucce buccellato et buccellariis praeter Adriani Turnebi adversar et Nicolai Rigaltii V. C. Glossar. Tacticum, quae citantur P. Andrea Schotto, consule sis Cuiacium, iurisperitorum pr cipem, et Dionysium Gothofredum multis locis, Bonaventur Vulcanium in notis ad Themata Porphyrogennetae, Gloss
P. 91 Meursii, Heriberti Rosueydi Onomasticon ad vitas Patru Claud. Salmasium in Notis ad auctores hist. August., Ioanne

Ludovicum de Lacerda, Ioannem Gerardum Vossium aliosque passim. Quam vero ob causam idem illud Buccellarii vocabulum inclinante iam Orientis imperio Hellenogalatis sive Gallograecis, quod ait Suidas, eorumque regioni adhaeserit, docebit te, si nescis, Constantinus Porphyrogenitus, cuius tamen hoc in argumento auctoritatem respuit Salmasius in Plinianis ad Solinum exercitationibus.

Pag. 4. D. [450, 1.] *Foederatorum nomen.* Quod Ioannes Meursius in Glossario ex Malcho Philadelphiensi (cuius haec verba in Excerptis pag. 94. B. C. editionis regiae: *ὅτι ἐν τῷ ἕξῆς ἔτει ἐπὶ Ζήνωνος πρέσβεις ἦλθον ἐν Θράκῃ τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι,*) nec non ex Iordane de rebus Geticis colligere videtur, Gothis dunaxat hoc nomen tributum fuisse: — tum ex nostro hoc Olympiodoro, tum ex aliis scriptoribus antiquis refelli potest, ac nominatim Procopio lib. 1. Vandalicorum p. 106. sub initium: *ἐν παρασκευῇ εἶχε πεζοὺς μὲν στρατιώτας μυρίους, ἱππέας δὲ πεντακισχιλίους ἔκ τε στρατιωτῶν καὶ φοιδεράτων ξυνειλεγμένους. ἐν δὲ δὴ φοιδεράτοις πρότερον μὲν μόνοι βάρβαροι κατελέγοντο, ὅσοι οὐκ ἐπὶ τὸ δοῦλοι εἶναι, (ἅτε μὴ πρὸς Ῥωμαίων ἠσσημένοι,) ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ τῇ ὁμοίᾳ εἰς ἣν πολιτείαν ἀφίκοιντο. φοίδερα γὰρ τὰς πρὸς τοὺς πολεμίους σπονδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι. τὸ δὲ νῦν ἅπασι τοῦ ὀνόματος τούτου ἐπιβατεύειν οὐκ ἐν κωλύμῃ ἐστὶ, τοῦ χρόνου τὰς προσηγορίας, ἐφ' ὧν τέθεινται, ἥκιστα ἀξιοῦντος τηρεῖν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀεὶ περιφερομένων ἢ ταῦτα ἔχειν ἐθέλουσιν ἄνθρωποι, τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ὠνομασμένων ὀλιγωροῦντες. ἄρχοντες δὲ ἦσαν φοιδεράτων μὲν Δωρόθεος* etc. Illustris plane locus, qui et lucem foeneretur Olympiodoro, et ab eo vicissim accipiat, qua refellantur ii, qui id demum Procopii tempore contigisse contendunt. Poterat etiam Meursius suffragantem opinioni suae Suidam adscribere: *φοιδεράτοι· οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν.* Gothos autem vulgo Scythas dictos Craianus Patricius asserit, referente Anastasio Bibliothecario in historiae ecclesiasticae pag. 33. editionis regiae. Plura de foederatis R. P. Sirmondus in notis ad Sidonii Apollinaris epistolas, Carolus Annibal Fabrottus Glossario ad Cedrenum, aliique.

Pag. 5. A. [450, 5.] *Olympium a Constantio fustibus matatum.* *Ῥοπάλοις παιόμενον* habent Graeca, qua etiam dictione usus Photius in amplioribus ex historia Philostorgii eclogis initio libri 12.: *ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν καὶ αὐτὸν ῥοπάλοις ἀναιρεθέντα* (*plumbatis caesum* reddit interpres) *τῆς μιαιφονίας τὴν δίκην ἀποτῖσαι τῷ Στελίχωνι.* Quodsi paulo post Stelichonis obitum poenas dedit Olympius, *ὃς ἠγάγετο Πλα-*

κιδίαν verti debuit non *qui duxerat*, sed *qui Placidi duxit uxorem*, anno scilicet dominici natalis 417.

Pag. 5. A. [450, 9.] *Rhodogaisus.* Vulgo Radagaisus Rhadagaisus dicitur sancto Augustino, Prospero utrique, M cellino, Cassiodoro aliisque. Orosius hunc omnium antiq rum praesentiumque hostium longe immanissimum appel qui, ut mos barbaris, Romani generis sanguinem Dïis propinare decreverat.

Pag. 5. A. [450, 9.] *κεφαλιῶται ὀπτιμάτοι ἐκαλοῦ* Fridericus Sylburgius *proceres*; Andreas Schottus *Prima viros* reddit. Recentiores Graeci *κεφαλάδας* Praefectos strorum aut militum duces ac centuriones appellant, de bus consule Glossaria Rigaltii et Meursii.

Pag. 5. B. [450, 12.] *Ἀδάουλφος.* Latinis dicitur At fus, imo et Graecis, Zosimo, Sozomeno et auctore Chron cui Alexandrino nomen est, Indictione XIII., Honorio X Theodosio VI. Augg. Coss.: *μηνὶ Γορπιαίῳ τῇ πρὸ ἡ Καὶ δῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ παρασκευῇ ἐδηλώθη ἀνῃρῆσθαι Ἀ οὔλφον βάρβαρον.* Philostorgius *Ἀδαοῦλφον* appellat, et Olympiodoro nostro solo dissentit accentu.

Pag. 5. B. [450, 17.] De Constantino Tyranno pra Marcellinum Illyric. in Chron. sub consulatu Honorii IX. Theodosii IV., Idatium in Fastis et Chron., Prosperum Fast. similiter et Chron., Cassiodorum aliosque, qui brevi
P. 92 studio praecipua quaeque omiserunt, consulendos omnino seo Orosium lib. 3. cap. 40., Sozomenum lib. 9. cap. ac nominatim Zosimum, qui initio libri sexti eadem fe omnia recenset, quae ex Olympiodoro perstrinxit Phot 1) De militari tumultu in Britannia excitato, vel Honorio et Theodosio iterum Coss., vel paulo ante, ut noster hic i nuat, vel etiam tardius, Basso nimirum Philippoque Co ut alii contendunt, biennio ante captam ab Alarico Rom 2) De Marco, Gratiano ac Constantino subinde creatis Im 3) De Iustino sive Iustiniano et Neovigaste, ducibus Const tini. 4) De Bononia, urbe maritima, quam noster Olym dorus recte primam in Galliae finibus positam docet e tannia venientibus, perperam vero Zosimus in inferiori secunda Germania collocat, *Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κα* 5) De conciliatis sibi ad Alpes usque, quae Galliam Italiam disterminant, exercitibus; quos Gallos et Aquitanos, obser iam aliis, certe familiari per illa tempora divisione, appe Olympiodorus, cui subscripsit etiam Sozomenus. 6) De e dem Constantini filio natu maiore Constante, quem a p habitu Caesaris ornatum in Hispaniam missum docet Zosim Eum vero ex monacho factum esse Caesarem Orosius et M cellinus, Christiani scriptores, graviter expostulant.

Pag. 5. D. [451, 17.] *Iulianum deinde eo ipso tempore Nobilissimum nominavit.* Sic quippe corrigendum mendum typothetae negligentia inductum. Nobilissimi dignitatem per ea tempora Augustorum filiis aut propinquis tributam videor mihi observasse quendam veluti gradum ad Caesaris nomen dignitatemque exstitisse. Neque longe abeundum, cum Olympiodorus noster paulo post aperte pronuntiet, Valentinianum III., qui superstite etiamnum Honorio dictus fuerat Nobilissimus, impellente fratrem Placidia, post Honorii mortem restituto V. 201 primum Constantinopoli Nobilissimi titulo, tum iussu Theodosii Thessalonicae Caesarem nuncupatum, ac deinde Romae ab Helione Patricio et officiorum Magistro Imperatoria veste indutum fuisse. De voce consule Iulium Caesarem Bullengerum de Imp. Romano, Iacobum Gutherium de officiis Domus Augustae, Meursium et Fabrottum in Glossariis, aliosque. Nec superfluum forte fuerit hic monuisse, duplici plerumque compendio nomen illud efferri, vel simplici N., ut in fastis nummisque veteribus, vel syllaba integra Nob., ut apud Idatium in fastis Consularibus, Ricimere et Clearcho Coss.: *Ipso anno natus est Honorius Nob. in purpuris die V. Id. Sept.*, pro quo quidam male substituunt *Nobis*. Notandum quoque Philostorgium tmemate 10. lib. 12. non Latinam vocem, ut Olympiodorus, sed Graecam usurpasse, *τὴν τοῦ ἐπιφανεστάτου ἀξίαν.*

Pag. 5. D. [451, 20.] De Iovii, Praefecti Praetorio et Patriciatus dignitate sublimis, aliorumque ab Honorio missa ad Attalum legatione, eiusdemque Iovii perfidia legendus Zosimus, licet nonnulla omiserit, quae ad illustrandam temporum illorum historiam excerpsit Photius. Neque mihi placere potest Interpretis nostri nimia in eadem voce inconstantia, dum modo *Iovium*, modo *Iobianum*, modo *Iovinianum* vocat.

Pag. 5. D. [451, 21.] *Valens utriusque militiae dux.* Zosimus Dalmaticarum legionum Praefectum ac Magistrum equitum nominat, et ab Alaricho, dum adhuc in fide Attalo data perseveraret, ob proditionis suspicionem interfectum scribit.

Pag. 6. A. [452, 8.] Eusebium Praepositum *φύλακα τοῦ κοιτῶνος*, hoc est, *προεστῶτα τῶν βασιλικῶν κοιτώνων*, appellat Zosimus lib. 5. pag. 821. editionis Sylburgianae; Allobichum vero sive Ellebichum *τὸν τῶν ἱππέων ἡγούμενον καὶ μετὰ Βιγιλάντιον ὕπαρχον.* Eius necem paucis perstringit Hermias Sozomenus lib. 9. cap. 12., ubi Alabichus corrupta voce dicitur. Alius vero ab eo existimandus est Edobecus, sive Edobincus, Constantini tyranni partibus addictus, de quo plura idem Hermias citati lib. capp. 13. et 14. et Renatus Profuturus Frigeridus, cuius non ignobile fragmentum in librum 2. Historiae Francicae coniecit Gregorius Turonensis. P. 93

Ἀνναστείαν nihil est, quod cogat intelligere *τὴν ἐπαρχί τῆς αὐλῆς*, cum nulla apud veteres extent summae hui dignitatis Eusebio collatae vestigia. Displicet quoque Inte pretis *decretum* illud *publicum*; verum in iis similibusque n nutiis persequendis non immoror.

Pag. 6. A. [452, 13.] Attali geminam depositionem ope perduellis Iovii procuratam non solus narrat Olympiodor consonat ei vel maxime Zosimus lib. 6. aliique passim. T Prosper in Fastis, Honorio X. et Theodosio VI. Coss.: *At lus* (qui superiore anno in Galliis tyrannidem resumpserat *Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, et praesidio car capitur, et Constantio Patricio vivus offertur.* Marcellinus C mes triennio citius, quam par erat, Theodosio Imp. V. s Cos. haec habet: *Attalus in mari captus atque Honorio exhi tus, truncata manu vitae relictus est.* Praeclare omnino Or sius lib. 7. cap. penultimo: *Quid de infelicissimo Attalo quar, cui occidi inter tyrannos honor, et mori lucrum fu In hoc Alaricus Imperatore facto, infecto, refecto ac deje citius his omnibus actis paene quam dictis, mimum risit, et dum spectavit imperii.* Plura subinde persequitur, quae compendium a Marcellino Illyriciano redacta exhibuimus. E ctum vero prae ceteris memoratum illud supplicii genus bitror, quod, ut cum Zosimo, Sozomeno aliisque narrat P lostorgius, mandasset alias Attalus Honorio, *τὸν ἰδιώτην φελέσθαι βίον καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀκρωτηρίων τῇ περι μῇ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν ὠνήσασθαι.* Quae de vera di torum duorum aut integrae dexterae abscissione intelligi n prohibet, imo id maxime persuadet Lipara insula, in qu relegatus est *ἀκρωτηριασθείς* Attalus, quidquid contra quid viri docti scripserint. In hunc ergo merito quadrabit il Adonibezeci Iud. 1. 7.: *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.*

Pag. 6. B. [452, 23.] Alarichum Campaniam vicinas Rhegium usque Bruttiorum metropolim vastasse provincias, stantur et alii scriptores, S. Augustinus de Civitate D Philostorgius, Iordanes sive Iornandes, Ravennatium Epis pus, Auctor Miscellae lib. 13., (qui Consentiae mortuum A ricum, et in medio Basentii amnis alveo sepultum recitat,) q bus praeivit Orosius extremo capite libri septimi, ubi et observat, tentato ab eodem Alarico in Siciliam transitu, C thos in conspectu suorum miserabiliter abreptos et dem sos fuisse.

Pag. 6. B. [452, 23.] *Βρεττίας* pro depravata voce *Βρε τανίας* apposite subrogarunt Hoeschelius et Schottus. De s tuis arte magica consecratis, quarum etiam paulo post men nit Olympiodorus noster gentilitiae superstitioni pertinacissi addictus, plura alias, si Deus otium dederit, exponentur.

ud modo non omiserim, simulacrum illud ἀλεξίκακον positum iisse non in finibus Bruttiorum, sed in ipso Siciliae littore uxta Messanam, ut quae de Asclepio, illius eversore, mox sublit, planum faciunt. Cum vero Asclepius, quem Aesculaium reddit Interpres, possessionum Constantii et Placidiae uerit per Siciliam Procurator, necesse est eversionem statuae llius non contigisse ante annum Dominici Natalis 417.

Pag. 6. D. [453, 14.] *Gerontius, belli dux, Maximum, filium suum, Caesarem renuntiat.* Zosimus initio libri sexti meminit huius Gerontii cum ait: Iustiniano et Nevigaste ducibus a Saro interfectis, suffectos a Constantino tyranno Edobinchum, natione Francum, et Gerontium, ex Britannia oriundum, quos veritus Sarus ab obsidione Valentiae recesserit. Eundem Gerontium addit, conciliatis sibi militibus barbaris in regione Celtarum, adversus Constantium defectionem molitum fuisse. Cetera, quae ad Maximum, non eius filium, ut vertit Interpres delusus ambigua voce παῖδα, sed famulum, aut e familiaribus unum, in ordine sive schola domesticorum militantem, et ad generosam Gerontii cum uxore Nonnechia sive Nunichia et Alano quodam milite mortem pertinent, mutuanda suadeo ex Orosio capite penultimo libri 7., ex Renati Profuturi Frigeridi fragmento, ex Miscellae historiae libro 14. aliisque, quibus longe certiora et uberiora scripsit Sozome- P. 94
nus lib. 9. cap. 13. et narrationi Olympiodori magis affinia.

Pag. 6. D. [453, 21.] *Constantinus Arelate obsessus ad templum confugiens sacerdos ordinatur.* Marcellinus in Chronico Constantium apud Arelatem, filium vero eius Constantem apud Viennam capite plexum asserit. Quae e diametro pugnant cum iis, quae Olympiodorus narrat, cuique συγχρόνῳ maior haud dubie fides habenda, quam illi, qui centum post annis scripsit. Idatius in Fastis: *Constantini tyranni in conto caput allatum fuit* 16. *Kal. Octob.*, *Theodosio Aug. IV. Consule*, sed locum modumque necis non aperit. In Chronico intra Gallias occisum memorat ab Honorii duce Constantio, captum dicere debuerat. Propius rem attigit Prosper in Fastis: *Constantinus per Honorii duces Constantium*, (lege *Constantium*,) *et Ulphilam apud Arelatense oppidum victus et captus est, cuius filium Constantem in Hispania regnare exorsum Gerontius Comes, in Maximum quemdam tyrannidem transferens, interemerat.* Renatus Frigeridus Constantinum hunc *supra Mincium flumen*, immissis a Principe percussoribus, capite truncatum profitetur, multaque alia subdit Lectori curioso non obfutura.

Pag. 6. D. [454, 4.] *Cognatos suos.* Zosimus lib. 6. quatuor nominatim designat ex Theodosii Magni familia Hispanias pro Honorio adversus Constantem collectis raptim militibus

propugnasse: Verinianum et Didymium, qui capti cum m
ribus, in custodiam dati et iussu Constantini interfecti su
Theodosium et Lagodium, qui, audita aliorum clade, hic
Italiam, alter in Orientem profugerunt. Videndi quoque
his Orosius, eiusque exscriptor Paulus, seu quis alius
scellae consarcinator, lib. 13. extremo, nec non Sozomenus, ap
quem cap. 11. lib. 9. Didymus, Verianus, Theodosiolus
que Lagodius appellantur quatuor illi Honorii Imperatoris p
pinqui.

Pag. 7. A. [454, 14.] *Maximus, eius filius* (l. *famulus*), *foederatos confugit barbaros.* Prosper in Chron.: *Maximo Hispania regno ablato vita concessa, eo quod modestia hum tasque hominis affectati imperii invidiam non merebatur.* Oly piodoro consentit Orosius: *Maximus exutus purpura dest tusque a militibus, vivus inter barbaros in Hispania egens exu* Quae verba suo more sublegens Paulus Diaconus corrup *Maximus deinde purpura exutus in Hispania exulans o* Neque enim obiisse tum dicendus est in Hispania Maxim si idem ipse est, de quo paulo post eodem lib. 14. haec s dit: *Maximus apud Hispanias factione Ioviani, qui tun re militari clarus habebatur, tyrannidem assumpsit. Nec m post separati utrique, et capti ab exercitu Honorii, eidem, apud Ravennam tricennalia sua perageret, praesentantur.* te eadem de Maximo referuntur a Prospero in Chron.: *ximus tyrannus de regno deiicitur, ac Ravennam perdu*
V. 202 *sublimem speculatorum pompam tricennalibus Honorii praeb* et a Marcellino Comite: *In tricennalia Honorii Maximus tyr nus et Iovinus ferro victi*, (forte *vincti*,) *adducti de Hispania que interfecti sunt.*

Pag. 7. B. [454, 16.] *Moguntiacum sive Magontiacum*, (sic e Sylburgius, Hoeschelius aliique recte emendandum monue *alterius Germaniae urbem.* Primae utique ac superioris, ἄνω, non secundae, quam ad extremas Rheni Mosaeque r iacentem τὴν κάτω Γερμανίαν, inferiorem Germaniam Pto maeus, Zosimus aliique indigitant, cuique Metropolim p fuisse Agrippinensem Coloniam Ubiorum nemo nescit. Q si *alterius Germaniae* nomine Belgicam cis Rhenum sitam, noremque dictam Germaniam denotare voluit ad discrimen ioris, τῆς μεγάλης, quae a Rheno ad Arcton longissimis spa porrigitur. Urbem illam per ea tempora a barbaris vastat deflet sanctus Hieronymus in epistola ad Gerontiam de mo gamia: *Quidquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quod Oce et Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alan Gipedes, Eruli, Saxones, Burgundiones, Alemani et ho Pannonii vastarunt: etenim Assur venit cum illis. Magont*
P. 95 *cum, nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, in*

clesia multa hominum millia trucidata, Vangiones longa obsidione deleti; Remorum urbs praepotens, Ambiani, Atrebates, extremique hominum Morini, Tornacum, Nemetae, Argentoratus translatae in Germaniam: Aquitaniae, Novempque populorum, Lugdunensis et Narbonensis provinciae praeter paucas urbes populata sunt cuncta; quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames. Quae damna non culpa principum accidisse testatur, sed scelere semibarbari proditoris: Stelichonem intelligit, quem genere Vandalum fuisse Orosius, Paulus Diaconus aliique demonstrant.

Pag. 7. B. [454, 16.] De Iovino eiusque fratre Sebastiano dicturi sumus in Chronico nostro. Pauca haec interim ex Orosio: *Iovinus, vir Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox ut assurrexit, cecidit. Sebastianus, frater eiusdem, hoc solum, ut tyrannus moreretur, elegit.* Manu Dardani interfectum noster hic paullo post affirmabit.

Pag. 7. B. [454, 17.] *Goaris Alani studio.* De eo Renatus Frigeridus apud Gregorium Turonensem: *Interea Respendial Alanorum* (sic enim legendum, non *Alamannorum*, ut habent vulgatae Gregorii editiones, etiam Duchesniana, ceteris licet emendatior,) *Goare ad Romanos transgresso, de Rheno agmen suorum convertit, Vandalis Francorum bello laborantibus, Godigisclo rege absumpto, acie viginti ferme millibus ferro peremptis, cunctis Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset*: qua ratione emaculandum arbitror locum illum vitiosa interpunctione aliisque mendis deformem. Tum quibusdam intermissis: *Vixdum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuntii veniunt, Iovinum adsumpsisse ornatus regios, et cum Burgundionibus, Alamannis, Francis, Alanis omnique exercitu imminere obsidentibus.*

Pag. 7. B. [454, 17.] *Guntiarii, Burgundionum praefecti.* Sic enim Interpres φύλαρχον reddit, quae vox regem aliis sonat summumque principem: quod pluribus firmare possem veterum testimoniis: unum eligo Constantinum Manassem pag. 92. editionis regiae de Carolo Magno, cuius auxilium Leo Papa imploraverat:

Ἦν δὲ τῶν Φράγγων φύλαρχος ὁ Κάρουλλος ἐκεῖνος,
Ῥῆγας τοὺς σφῶν κατάρχοντας οἴδασι Φράγγοι λέγειν.
Δέχεται τοῦτον Κάρουλλος, ἦν γὰρ παπποπατρόθεν
Ὑπὸ Χριστοῦ καλούμενος, καὶ σέβων Χριστοῦ νόμους,

Prosper in Fastis, Lucio V. C. Consule, Burgundiones partem Galliae propinquam Rheno obtinuisse refert, quo anno Iovinum et Sebastianum fratres in Galliis regno arrepto peremptos esse memorat. Gundicarius sive Cundicharius aliis dicitur, non Guntiarius. Cassiodorus in Chronico, Theodosio

XIV. et Valentiniano IV. Coss.: *Gundicharium, Burgundionum regem, Aëtius bello subegit, pacemque ei reddidit supplicem quem non multo post Hunni peremerunt:* quae ex Tironis Prosperi Fastis derivata sunt, ubi Gundicarius scribitur. De Burgundionibus plura qui volet, adeat Orosium libri 7. cap. 32, Socratem libri 7. cap 30., Idatium in Chronico, Paulum Diaconum Miscellae libro 14., Sidonium Apollinarem aliosque. Ibidem *παραινεῖ* scribendum, non *παραίνει*.

Pag. 7. B. [454, 22.] Sarus Alarico primum, tum Attalo infensissimus hostis, non scutis adhibitis, ut Interpres vertit, quasi *σάκεσιν* haberent Graeca, sed saccis per tumultum temere arreptis, pannisque quibuscumque obviis, veluti quibusdam retibus ad feram capiendam iniectis, captus est vivus. Olympiodoro teste, cui non refragantur alii. Quis vero *Valerides* ille fuerit, cuius caedem ab Imperatore minime vindicatam defectioni Sarus praetexuit, obscurum est. Neque magis lux affulget iis, quae de *Charatone*, primario Hunnorum rege et de *Donato* contra iurisiurandi fidem iugulato, suaque Hunnos legatione historicus subiicit. Certe vix ex eius narratione elici potest, cuias fuerit Donatus ille, aut quis fuerit Imperator, a quo ad barbaros missus sit.

P. 96 *Pag.* 7. D. [456, 4.] *Dardanus praefectus Iovinum manu percutiens interimit.* Prosper Pithoeanus in Chronico annum Honorii Imperatoris 19. Dardani huius meminit: sed quia locus vitiosa interpunctione laborat, quam auxit editor Andreae Duchesnii, ne incautis fraudi imposterum esse possit, integrum hic adscribere operae pretium censui: *Iovinus tyrannidem post Constantinum invadit. Industria viri strenui qui solus tyranno non cessit, Dardani, Ataulfus, qui post Alaricum Gothis imperitabat, a societate Iovini avertitur. Iustius quoque et Sebastianus occisi. Valentia, nobilissima Galliarum civitas, a Gothis effringitur, ad quam se fugiens Iovinus contulerat.* Inde vero ad Imperatorem in Italiam missum Dardanus manu sua interemit, caputque eius ante portas Ravennae, regiae sub Honorio civitatis, palo affixum est. Quod enim *Carthago* dormitanti librario in locum *Ravennae* scribenti repserit, res clara est ex iis, quae de Constantino tyranno eiusque filio Iuliano, Maximo (sic enim legendum, non Maximino,) atque Eugenio tyrannis subiungit. Corrigendus quoque Theophanes ad annum Theodosii quartum: *τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγησαν ἐν Γαλλίαις Ἰουβιανὸς καὶ Σεβαστιανὸς οἱ λαμπρότατοι, καὶ ἦλθον αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν ἐν Ῥώμῃ, καὶ μετ' ἡμέρας ε' ἐσφάγησαν Σαλούστιος καὶ Ἡρακλειανός.*

Pag. 8. B. [456, 19.] Bonifacii laudes Tiro Prosper pluribus exsequitur in fastis, cum ad annum Christianae aerae 422. Coss. Honorio XIII. et Theodosio X., tum ad 427., Hieron

Ardabure Coss., et 432. sub Consulatu Aëtii et Valerii. Adde Idatium ad annum ab obitu Honorii VIII., Marcellinum Illyricianum iisdem Valerio et Aëtio Consulatum gerentibus, Iordanem de rebus Gothicis, Anastasium Bibliothecarium p. 39. et 40. editionis regiae, et ex eo consarcinatorem Miscellae Historiae libro 14. ac priorem utroque Theophanem ad annum Mundi 5931.: *δύο στρατηγοὶ ἦσαν Ἀέτιος καὶ Βονιφάτιος*, et quae sequuntur suo tempore vulganda: ex hoc quippe fonte cetera prodierunt, quae posteriores Graeci Latinique scriptores de ambobus a Theodosio Iuniore missis ad Valentinianum falso tradiderunt. Ceterum Massiliam, Phocaeensium in Narbonensi colonia nobilissimam coloniam, adversus Ataulfum industria et virtute Bonifacii *τοῦ γενναιοτάτου* strenue propugnatam, nullus, quod sciam, praeter Olympiodorum observavit.

Pag. 8. B. [457, 5.] Constantii Constantisque Consulatus anno congruit Dominici Natalis 414., quamquam solius occurrat Constantii mentio in Fastis Idatii et apud Tironem Prosperum. Designati vocem a Latinis ad Graecos transiisse, certum est. Meursius in Glossario, cui et hic Olympiodori locus poterit posthac interseri, ex Glossis Basilicorum illud unum in medium adducit: *δεσιγνατεύεσθαι*, *ἀποδείκνυσθαι*. Quod vero subdit non uno in loco noster hic Olympiodorus de immensis sumptibus in consulatu ac praetura fieri consuetis, collatis aliorum scriptorum laciniis, illustrare nec otium nec animus est. Videndus Iustus Lipsius similesque Romanae magnitudinis admiratores.

Pag. 8. C. [457, 9.] *Heraclianus affectatae tyrannidis nomine interemptus.* Paulo Orosio eiusque breviatori Paulo Longobardo, seu Landulfo Sagaci initio lib. 14. Miscellae historiae iunge Idatium et Marcellinum in Chronicis, qui plura habent notatu dignissima. Pauciora Prosper in Fastis Lucio V. C. Consule, cuius collegam vocat hunc Heraclianum. De eodem plura Zosimus suppeditaret eruditis, si integra ad nos illius historia pervenisset, cum libro quinto extremo doceat, occiso *Bathanario*, militum in magna Libya Magistro, quocum nupta Stilichonis soror erat, provinciam illam *Heracliano* traditam, qui manu sua Stilichonem interfecit, eiusque facinoris praemium honorem hunc tulit; et libro sexto Africam adversus submissos ab Attalo milites *Heracliani* opera in fide Honorii permansisse commemoret.

Pag. 8. C. [457, 19.] Quomodo Constantii forma digna imperio, si torvis magnisque oculis et subtristi tetricoque vultu, nec non capite plano, incumbens equi collo, et oblique huc illucque respectans? Sola erecta cervix imperatorium quid repraesentat, cum Magnus Constantinus inde etiam dictus fue- P. 97

salonicae esset, Gothi per neglectos limites eruperunt, et vast*ta Thracia et Moesia praedas agere coeperunt.*

Pag. 10. B. [460, 24.] Quo tempore Leontius iste Olym piodori cura ac studio ad sophisticum thronum evectus e Athenis, (siquidem ordine temporum per singula decurr oratio,) iam fatis concessisse videtur celeberrimus ille Atheniens philosophus Leontius, pater Athenaïdis, quae ab Attico, p triarcha Constantinop., in baptismate Eudocia appellata Th odosii Imp. coniux fuit. Cuncta haec uberrima narratio explicat auctor Chron. Alex., cui suffragantem Theophane ex MS. nostro cod. adiungo: *Λεοντίου τοῦ φιλοσόφου θ γατέρα Ἀθηναΐδα λεγομένην ἐβάπτισεν Ἀττικὸς καὶ Εὐδ κίαν μετωνόμασεν. ἥτις κατὰ γνώμην Πουλχερίας γαμεῖτ Θεοδοσίῳ, κάλλει σώματος καὶ συνέσει ψυχῆς καὶ ἐν λόγ διαπρέπουσα*: quam periocham, ut plerasque alias, praeterm sit in sua historia ecclesiastica Anastasius Biblioth. De solu pallii sophistici concessione, de balneari pompa, de sop stico throno, de pecunia danda scholarum antistitibus similibus, ne actum agam, consule Theatrum Rhetorum P. Ludovici Cressolii *τοῦ μακαρίτου*, ac nominatim cap. lib. 3., capita priora lib. 4. et lib. 5. c. 5.

Pag. 10. D. [461, 19.] *ἀκρωμῖται*, (sic enim legend es Olympiodoro dicuntur *οἱ τῶν διατριβῶν προστάται*, vel qu aliis praeessent ac tanquam humeris omnes supereminerent (quo sensu *οἱ μείζονες* dicuntur Hesychio *ἀκρωμῖται*,) v quod laevo dextrove humero, aut etiam utroque quodda doctrinae ac magisterii insigne gestarent: certe *τὸ μὲν ἑτε ἔχον τοῦ βραχίονος ἀκρωμία, καὶ ὦμον κεφαλὴ, καὶ ἐπ μις, καὶ ἀκροκωλία* dicitur Iul. Polluci lib. 2. c. 4. sect. 3 De *Trulis* ac *Trula* nihil mihi aliunde subsidii; cum Trul ac trulla nihil notius sit.

Pag. 11. A. [462, 8.] Euplutii magistriani opera reddita fuisse fratri a Vesogothorum rege Vallia Placidiam firmatas pacis conditiones, aliis indictum fuit. De Magistrianis sive Ma gisterianis, qui et Agentes in rebus dicti sunt, praeter Glo saria consule quae magno studio ac lectionis varietate col git noster Heribertus Rosueydus in Onomastico ad Vitas Patrum

Pag. 11. B. [462, 19.] De Oasi sive Avasi magna et parv eiusque ulteriore eremo plura hic congerere possem ex Ptole maeo, Strabone, Stephano aliisque geographis, quibus addere possem historicos, Herodotum in Thalia, Hieronymum in vita sancti Hilarionis, Zosimum libri 5. p. 787., Theodo P. 99 rum Lectorem libro 2. Collectaneorum, Euagrium libri pri cap. 7. ex litteris Haeresiarchae Nestorii, qui ibi in exilio per iit. Verum tanto non est opus apparatu; sufficit digitu intendisse in fontes.

Pag. 11. D. [463, 15.] Herodori lucubrationes dum pro more diligenter colligit Io. Gerardus Vossius pag. 292. de historicis Graecis, miratus sum praetermissam fuisse citatam hoc loco ab Olympiodoro nostro historiam de Orpheo et Musaeo, in qua Beatorum insulam *ἐπιθετικῶς Phaeacidem* appellarat, ad similitudinem, ut opinor, Corcyrae Homericae, quam incolebant

Φαίηκες δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι ἄνδρες.

Quod vero ad varios ipsius Homeri natales spectat, consule singularem doctissimi viri Leonis Allatii diatribam, qui totam hanc controversiam in favorem patriae suae ingeniose extricat.

Pag. 12. A. [464, 6.] Placidiae et Constantii nuptias Honorio Aug. XI. et Constantio iterum Coss., hoc est anno Christianae Epochae 417., illigat Olympiodorus, a quo haud multum abludunt Idatius in Chronico et Tiro Prosper in Fastis. Natam eodem exeunte anno aut potius sub initium sequentis Honoriam, verisimile est; Valentinianum autem, eius fratrem, Iulio duntaxat mense anni 419. in lucem prodiisse necesse est, ut anno 425., cum Imperator Romae renuntiatus fuit, septennis esse potuerit; quod postea testatur noster historicus. Consentit Marcellinus Comes in Chronico indictione II., Monaxio et Plintha Coss.: *Valentinianus Iunior apud Ravennam patre Constantio et Placidia matre quinto Nonas Iulias natus est.* Prosper in Fastis diem hunc annumque natalem uno antevertit, et consulatu Honorii duodecimo ac Theodosii octavo temere consignat, cum a Calendis Ianuariis anni 417., quo die consulatum iniit Constantius, et, Honorio conciliante nuptias, Placidiae convenit in manum, ad Calendas Iulias anni 418., octodecim tantummodo numerantur menses, intra quos Honoriam ac Valentinianum natos affirmare non patitur naturalis partus humani conditio. V. 204

Pag. 12. B. [464, 17.] Constantium ab Honorio in consortionem imperii adscitum non 7. integros menses explevisse constans est Olympiodori aliorumque sententia, fatali illo somnio subnixa: *Sextus abiit, septimus inchoatur.* Quo fit, ut assentiri nequeam Prospero, qui in Fastis Agricola et Eustathio Coss. Constantii mortem collocat, cum anno praecedente donatum imperatoria dignitate scribat; multo minus Idatio in Chron. Constantium Imp. Ravennae mortuum suo tertio consulatu affirmanti: cum certum sit ex libro 3. Cod. Theod., adhuc anno Christi 421., Coss. Agricola et Eustathio, superstitem fuisse cum Honorio et Theodosio Constantium paulo ante Calendas Augusti. Aberrat quoque in Chronico a V. C. Pithoeo edito sive idem, sive diversus Prosper, dum ad annum Honorii 29. differt Constantii obitum his verbis: *Constantio dignitas imperii ab Honorio* (non) *sponte* (excusis negationem deesse arbitror) *delata; qua vix octo mensibus*

De Philis nihil addam ad ea, quae collegerunt duo subac cum primis iudicii scriptores, Hieronymus Surita, in notis a Itinerarium Antonini, et Henricus Valesius in animadvers. a Excerpta Prisci Rhet. p. 208. editionis regiae.

Pag. 13. C. [466, 23.] *Libanius praestigiator atque infidel* Haec ad annum 421. omnino pertinent, quo Constantius a Honorio Augusto in communionem honoris atque imperii d 8. Februarii evectus, nondum elapsis septem mensibus int gris, die secunda Septembris defunctus est, ut ex Theophan Chronico paulo ante docebamus.

Pag. 13. C. [467, 1.] *Κωνστάντιος Ἰλλυριὸς ἦν τὸ γέν ἀπὸ Παναίσου πόλεως τῆς Καδίας.* Lege meo periculo ὡ *Ναίσου,* sive, facta diphthongi solutione, *Ναΐσου πόλεως* τ *Δαχίας.* Naesus, sive Naïsus, Naïssus, aut Nainsus plerisq veterum nota civitas: Ammiano Marcellino tum lib. 26., tu maxime 21., ubi dicitur *copiosum oppidum et civitas circu sessa quidem aliquoties, nunquam tamen excisa aut dedit* Zosimo Comiti et Marcellino Illyriciano, ut ceteros omitta Panaesus vero civitas, ut et Cadia provincia in Illyrico, omn bus incognitae. *Naissum* inter *Pompeios* et *Remessianam* c locat Antonini Itinerarium, Moesiaeque videtur adscriben si quae fides additis ad oram libri in editione Simleria provinciarum nominibus. Stephanus Byzantius, seu pot eius breviator Hermolaus, Thraciae vindicat: *Ναΐσσος πόλ Θρᾴκης, κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέω* quod ultimum de natali urbe Magni Constantini pluribus a gumentis corroborat V. C. Henricus Valesius in notis ad Am mianum. Ego vero ceteris praeferendam arbitror Olymp dori nostri sententiam, qui Naissum in Dacia collocat; na ut nihil dicam de Itinerario Burdegalensi a Petro Pithoeo p mum edito, ubi in finibus Daciae Mysiam inter ac Thraci ponitur, controversiam omnem decidit Hierocles Grammatic in veteri provinciarum civitatumque Notitia.

Ἐπαρχία Δαχίας μεσογείου ὑπὸ κωνσουλάριον πόλεις ἐ
Σαρδικὴ μητρόπολις.
Παυταλία.
Γερμάη.
Ναΐνσος.
Ῥεμεσιάνα.

V. 205 Neque otiosum fortassis fuerit addere, quod annotavit Hier nymus Surita ad Antonini Iti[illegible]m: *Cedrenus de rebellio in Pannonia a Bulgaris facta pag.* 625. (quae est 745. editi nis regiae) *Ναΐσσου meminit. Et Ptolemaeo inter Dardani urbes Νεσὸς recensetur, forte pro Ναίσσος: cui adiungunt Ulpianum et Scupi; et Cedrenus Naisso adiungit Scupias,* qua

primariam Bulgariae urbem esse asserit. Haec ille, quae ad examen revocanda erunt alio in opere.

Pag. 14. A. [467, 18.] *Leontio Placidiae curatore.* Mirum quid de cura Palatii, sive de officio Curopalatae hic in mentem venerit Interpreti, cum κουρόπωρ idem sit, qui procurator et administrator, διοικητὴς, κτημάτων ἀρχὴν εἰληχὼς, qui postea λογοθέτης, aut saltem, auctore Hesychio, vox illa τροφέα καὶ παιδοτρόφον nonnunquam sonet. Elpidiam nutricem Placidiae omnes agnoscunt: de Spadusa, fuerit neene, ambigi potest. Hanc si expungas, aliam in eius locum sub- P. 102
stitui postulat orationis ipsius contextus.

Pag. 14. B. [468, 1.] De Placidia Constantinopolim cum filio pulsa ac de obitu Honorii Imp. non 6., sed 18. Calend. Septembris, sive 15. Augusti anni 423., Asclepiodoto et Mariniano Coss., passim omnes loquuntur historici et chronicorum fastorumque scriptores: quemadmodum de Bonifacio, ἀνδρὶ ἡρωϊκῷ, et de Ioanne tyranno, de quo praeter Suidam consulendi Philostorgius, Socrates, Renatus Frigeridus, Sozomenus, Procopius aliique.

Pag. 15. A. [469, 12.] Romanarum aedium magnificentiam, Thermas publicas, civium opes moeniumque urbis amplitudinem copiose explicant Iustus Lipsius, Alexander Donatus aliique. De Probis vero, Olybriis, Maximis, Symmachis ceterisque eiusmodi Romanae urbis proceribus priscae inscriptiones, quas summa diligentia unum in corpus redegit Ianus Gruterus, plura subministrabunt; cum coaetaneis scriptoribus, Ausonio, Symmacho, Prudentio, Claudiano, Pauliuo etc.

Pag. 15. C. [470, 17.] *Extremas Italiae oras.* Quid, si *Hispaniae* legas, et de freto Herculeo, Tartesso Gadibusque intelligas? quo sensu facilis tum erit atque expeditus per Oceanum ad inferos, hoc est, ad Antipodas, descensus.

Pag. 15. C. [471, 2.] Valentiniano redditum Constantinopoli a Theodosio Nobilissimi titulum, tum Thessalonicae collatam Caesaris dignitatem opera Helionis, magistri officiorum, exeunte anno 423. aut sequentis initio, quo quintum agebat annum, docet Olympiodorus, cui ferme in omnibus subscribit Philostorgius. Quae praeeunt verba, sic clarius poterant reddi: *Submissus quoque exercitus, cui praecerant utriusque militiae dux Ardaburius, filius eius Aspar, et Candidianus.* Ardaburium captum in manus Ioannis tyranni venisse, priusquam Aspar, eius filius, ab Impe[illegible] cum potestate mitteretur, multi referunt. Vide inter[illegible]os Socratem Scholasticum libri 7. cap. 23., ubi de Ravenna ductu Angeli pastoris habitum ementiti ab eodem Aspare capta longam narrationem texit, quam confirmat Theophanes in Chronico, atque ex eo Anastasius Bibliothecarius pag. 56. editionis regiae, et Paulus

Diaconus, sive potius Landulfus Sagax Miscellarum hist
arum lib. 14.

Pag. 16. A. [471, 14.] *Helion Magister officiorum et
tricius.* Helionis huius meminit Socrates tum lib. 7. cap. 2
ubi legatum ad Persas refert, ut cum illis pacem constitue
πέμπει οὖν Ἡλίωνα, ἄνδρα, ὃν πάνυ διὰ τιμῆς ἦγεν, t
eiusd. libri cap. 24., dum Valentiniano missam a Theod
consobrino coronam imperatoriam testatur. Corrigendus inte
Theophanis locus in MS. nostro codice, cuius haec sunt ver
*Θεοδόσιος διὰ Λῆνος πατρικίου στέφανον βασιλικὸν ἐν
ψεν τῷ Οὐαλεντινιανῷ ἐν Ῥώμῃ*: scribe *Ἡλίωνος*, ut
ipsa loquitur, quamquam Anastasius Bibliothecarius et Mis
lae Auctor sententiam istam praeterierint. Corrigendus q
que is, quem mox appellavi, Anastasius, dum Heleo
vocat: *Mittit legatarios Heleonem Patricium, quem
honorandum ducebat,* [non *dicebat,* ut excusum est in Miscell
et Anatolium, Orientis Stratigon. Scio Socratem de tem
missae illius ad Persarum regem legationis cum Theoph
eiusque interpretibus non convenire. Verum hanc litem
mere non est huius operae, quam modo aggressi sumus.
Candidum itaque eique adiunctum Theophanem Byzant
transeamus.

P. 103

E CANDIDO ISAURO.

Candidum ex Tracheotide sive aspera Isauria oriund
ibidem exceptoris notariive officio apud magistratus funct
fuisse ac religione Christianum Chalcedonensisque Synodi d
sorem acerrimum praemittit Photius, qui in eius stylum
ribus censuram paulo post exercet. Nec plura de eo prae
hic possumus, cum nulla ipsius apud ceteros scriptores h
tenus oblata sit mentio.

Pag. 17. A. [472, 2.] *Λέων ἦν ἐκ Δακίας τῆς ἐν Ἰλ
ριοῖς.* Daciam fuisse duplicem, Trans-Danubianam scil
sive veterem, quam Gothiam ac Gepidiam suo tempore dic
fatetur Iornandes, et novam cis Danubium sitam, in d
postea, Ripensem Mediterraneamque, divisam norunt eru
Hanc ad prioris distinctionem *Δακίαν τὴν ἐν Ἰλλυριοῖς*,
ciam Illyricam vocat sive Phot[illegible] sive is cuius verba sent
tiasque excerpit, Candidus, [illegible]us libris historiam annor
35. complexus est. Totidem quippe fluxerunt ab anno Do
nici Natalis 457., (quo, studio praesertim Asparis, ge
Alani, Ardaburii, de quo ad Olympiodorum diximus, i
Marciano Augusto suffectus est Leo Imperator,) usque ad m

tem Zenonis et Anastasii Silentiarii anno 491. factam Ariadnae opera inaugurationem. Leonem hunc alii Thracem appellant, et cognominatum fuisse Magnum, Seniorem ac *Μακέλλην* volunt. Theodorus Anagnostes libro primo Collectaneorum: *προχειρίζεται δὲ εἰς βασιλέα Λέοντις Θρᾷξ μὲν τὸ γένος, τριβοῦνος δὲ τὴν ἀξίαν*, quam dignitatem Candidus longa circuitione exponit: *στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ*. De patria et officio consentit Theophanes in Chronico iisdem usus verbis, quibus subnectit: *μηνὶ Φεβρουαρίῳ, Ἰνδ. ι' στεφθεὶς ὑπὸ Ἀνατολίου πατριάρχου*, quod an verum sit, in Chronico videbimus.

Pag. 17. A. [472, 6.] *Ardaburium, Patricium et Hermenaricum.* Tres Asparis filios ex tribus uxoribus susceptos memorat Candidus. De quibus plura paulo post, cum ex ipsomet, tum ex aliis coaetaneis scriptoribus dicentur a nobis; interim observa, implexam nimis apud Zonaram orationem levi mutatione sanari posse: *εἶχον ἀνάγκη Καίσαρα ποιεῖ ἀπὸ πατρικίου* (lege *τὸν Πατρίκιον*) *τὸν τοῦ Ἄσπαρος παῖδα, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφόν.*

Pag. 18. A. [473, 12.] *Isauriam ab Esau nomen mutuatam.* Idem quoque infra eadem pagina inculcat. Sed de hac originatione mirum apud ceteros silentium.

Pag. 18. A. [473, 14.] *Leonis per Asparem electionem.* Auctor Chronici Alexandrini ab exercitu creatum Leonem Magnum testatur 7. Idus Februarii, Constantino et Rufo Coss., anno Dominici Natalis 457.: *καὶ ἐπῄρθη Λέων ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ ἐξερχέτου μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ζ' ἰδῶν Φεβρουαρίου.* Propius ad Candidi narrationem accedit tum Suidas in voce Ardaburius, tum Priscus Rhetor apud Euagrium l. 2. cap. 16.: *ἅπερ ἀκριβέστατα Πρίσκῳ τῷ Ῥήτορι πεπόνηται. ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ Λέων μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς ἀναιρεῖ Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν κτήσηται*, seu potius *εὔνοιαν*, ut iampridem emendavit doctissimus Iacobus Billius lib. 1. cap. 38. Observationum sacrarum. Aspari Senatum coniungit Constantinus Manasses in compendio Chronico pag. 58. editionis regiae:

Ἡ σύγκλητος σὺν Ἄσπαρι τῷ τότε πατρικίῳ
Εἰς Λέοντα κατάγουσι [illegible] σκηπτροκρατορίαν.
Τὸν φροντιστὴν τὸν λ[illegible] τῶν Ἄσπαρος πραγμάτων,
Καθυποσχόμενος αὐτῷ θατέρου τῶν υἱέων
Τῷ στέφει τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλὴν κοσμῆσαι·
Οὐδὲ γὰρ ἦν τὸν Ἄσπαρα κράτους ἐπιλαβέσθαι
Τῇ λύσσῃ κατεχόμενον Ἀρείου τοῦ βεβήλου

P. 104 *Pag.* 18. A. [473, 15.] *De urbis conflagratione exorta.* Primum illud sub Leone Imperatore incendium regiae urbis fusissime describit Euagrius lib. 2. cap. 13.: *ἐν μὲν τῷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ καὶ νεώρια τῆς πόλεως καθεστᾶσιν ἀπὸ τοῦ καλουμένου βοὸς πόρου μέχρι τοῦ παλαιοῦ Ἀπόλλωνος· ἐν δὲ τῷ νοτίῳ ἀπὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένος μέχρι οἰκιῶν οὐ πολὺ κειμένων τοῦ εὐκτηρίου τῆς ἐπίκλην ὁμονοίας ἐκκλησίας· ἐν δὲ τῷ μεσαιτάτῳ τῆς πόλεως μέρει ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου προσαγορευομένου φόρου μέχρι τῆς τοῦ ταύρου καλουμένης ἀγορᾶς.* Quibus ac praecedentibus maxime veri-
V. 206 significat, quam foede grassata sit haec clades et quantam urbis partem flamma populata sit. Eiusdem conflagrationis mentio apud Priscum in Excerptis Legationum pag. 43. D. editionis regiae, et Marcellinus Comes in Chron., *Basilisco et Armenerico Coss.*, hoc est, anno Christi 465., *Constantinopolim magno invasam incendio facieque foedatam deplanxisse.* memorat. Diem praescribere videtur Theodorus Anagnost. Magnae Ecclesiae lib. 1. Collectan.: *ἐμπρησμὸς ἐγένετο μέχρι τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀπὸ τοῦ νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ τοῦ Ἁμαντίου.* Quo tempore idem testatur, Marcianum Oeconomum super tegulas ecclesiae sanctae Anastasiae conscendisse, et Euanthiis manu prehensis precibus lacrimisque templum illud illesum servasse. Eadem habet Theophanes in Chronico iisdemque paene verbis, hoc duntaxat insuper addito, quod ad annum Leonis quintum atque indictionem XV., sive annum Dominici Natalis 461., incendiariam illam populationem referat, in quo, ut vides, quadriennio dissidet a Marcellini calculo. Chronicon Alexand. duplex distinguit incendium, primum quidem accidisse refert Basilisco et Armenarico Coss. post dies 30. ab iniusta caede Menae, praefecti vigilum, ob vindicta numinis conflagrasse in urbe octo regiones 2. Sept. fer. 4. Indict. III., (seu potius IV.,) cum celebraretur memoria S. Mamantis. Alterum vero refert ad annum Christi 469. Zenone et Marciano Coss., quo arsisse urbem scribit a mari ad mare. Utrumque videtur confudisse Zonaras, apud quem leges, Asparem tunc vas aqua plenum humeris ferentem vicos percurrisse, populum cohortatum fuisse et singulis nummum argenteum pro mercede dedisse.

Pag. 18. A. [473, 17.] *De Titiano et Viviano.* Reponendo forte pro Titiano Tatianus, [redacted]uo Priscus Historicus in Excerptis Legationum pag. 74[redacted]itionis regiae: *ὅτι ἐπὶ Λέοντος βασιλέως Ῥωμαίων ἐπρεσβεύετο παρὰ μὲν Βανδήλιος ὑπὲρ Ἰταλῶν Τατιανὸς ἐν τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγόμενος*, quae verba ibidem habentur p. 43. D. Vivianus vero sive Bibianus anno Dominici Natalis 463., Ind. 1., cum Felice,

iut, ut alii habent, Basilio Consulatum gessit, quemadmodum discimus ex Fastis Consularibus apud Cassiodorum, Marcellinum et Auctorem Chronici Alexandrini.

Pag. 18. A.[473, 20.] *Tarasicodisam, Rusumbladeoti filium.* Patrem Zenonis solus, quod sciam, commemorat Candidus: de patria nemo ambigit. Primigenium autem illius ac barbarum nomen varie a variis concipitur, ut fieri amat in peregrinis vocibus. Omnium maxime aberrat a recto tramite Euagrius lib. 2. cap. 15.: *Λέων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται Ζήνωνα, Ἀριχμῆσον μὲν ἐκ σπαρτάνων καλούμενον.* Rectius Agathias Scholasticus libro 4. pag. 135. editionis Graecae: *Ζήνων ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ὁ Ἴσαυρος, ὃς δὴ πρώην Ταρασισκωδίσεος ἐπωνομάζετο, ὑπὸ Ἴλλου τε καὶ Βασιλίσκου καὶ Κόνωνος ἐπιβουλευθείς, συνερούσης ἐς τὰ μάλιστα καὶ Βηρίνης, ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς* etc. Interpres dialysi vitiosa usus sic vertit pag. 127.: *Zeno ille Isaurus Romanorum Imperator, qui antea Tarasis Codiseus cognominabatur, insidiis ei per Hillum et Basiliscum et Cononem structis, coadiuvante praecipue Berine, imperio excidit* etc. Auctor Chronici Alexandrini errandi ansam Vulcanio praebere poterat, si iam e tenebris in lucem editus fuisset: sic enim dimidiatam duntaxat vocem usurpat Ind. XII., sub Consulatu Leonis Iunioris: *ἐβασίλευσε Ζήνων ὁ Κοδισεὺς ὁ Ἴσαυρος μετὰ τοῦ ἰδίου ἐκγόνου Λέοντος ὀλίγον χρόνον.* Theophanes in Chronico ad annum Zenonis 8. sacram Verinae Augustae, Zenonis socrus, refert, in qua imperium se Zenoni tradidisse gloriatur: *ἴστε, ὅτι τὸ βασίλειον ἡμέτερόν* P. 105 *ἐστι, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς Λέοντος προεχειρισάμεθα βασιλέα Ταρασκαλισαῖον τὸν μετακληθέντα Ζήνωνα* etc. Certiora de his affirmare possemus, si iniuria temporum non periisset Eustathii Syri lucubratio, in qua, teste Euagrio mox citato, *unde iste Zeno ad tantam dignitatem ascendisset, et quam ob causam omnibus a Leone fuisset praelatus*, commemorabatur.

Pag. 18. B. [473, 22.] *Ardaburium.* Hunc maiorem natu Asparis filium avoque suo cognominem a Leone Aug. Caesarem creatum fuisse persuadebit Interpres Euagrii iis, qui, usitato plurimis more, Graeca consulere dedignantur. Locum vide, quem paulo ante exscripsimus. Priscus pag. 40. editionis regiae, ab eo superatos Saracenos ad Damascum, memorat. Eundem tyrannidem in Occidente molientem expulit Anthemius Imperator apud Ca[illegible]dorum in Chron., Marciano et Zenone Coss., Chronicon A[illegible]drinum, Rusticio et Olybrio Coss., anno Christi 464., Ind. II., scribit e vita migrasse sanctum Symeonem Stylitam, *ὅτε τότε κόμης ἀνατολῆς Ἀρδαβουρίου τοῦ πατρικίου τοῦ υἱοῦ Ἄσπαρος τοῦ στρατη-*

λάτου. Videndus etiam Suidas in Excerptis nostris pag. 5 editionis regiae.

Pag. 18. B. [474, 5.] Patricium Caesarem, Asparis filiu excepta duntaxat plaga, praeter opinionem salvum evasi ac fuisse superstitem, solus, quod viderim legerimve, testat Candidus: alii quippe omnes una cum Aspare filios Ardaburi atque Patricium interemptos fuisse memorant: Marcellinus Iyricianus in Chron. Ind. IX. Leone Aug. IV. et Probi Coss., hoc est anno Christi 471.: *Aspar, primus Patricion cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim Patri hoc autem Caesare generoque Leonis Principis appellato, rianus cum Arriana prole spadonum ensibus in Palatio vi ratus interiit.* Chronicon Alexandrinum, etsi non suo lo Pusaeo et Ioanne Coss., hoc est anno Christi 467.: *Τούτῳ ἔτει τυραννίδα μελετήσαντα* (sic enim legendum est, non λετήσας τις,) *Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον, ὡς πρῶτον τῆς σ κλήτου, ἐφόνευσεν ἐν τῷ παλατίῳ ἔσω, καὶ Ἀρδαβού καὶ Πατρίκιον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν· κομβένδῳ καὶ αὐτ συγκλητικοὺς ὄντας, κατακόψας τὰ σώματα αὐτῶν.* Da scius in vita Isidori Philosophi apud Photium Cod. 242.: *μόνα τῶν Γότθων Ἄσπερα βασιλεὺς Λέων ἐδολοφόνη αὐτὸν καὶ παῖδας*, ut omittam ea, quae de spectro Anthe in nubibus oblato fabulatur. Theophanes in Chronico terve illud idem repetit, aperitque causas, cur Aspar Le suspectus fuerit: eamque praecipue aliis intactam, quod Zen genero Imperatoris, in Thraciam misso, insidias tetendisset As occidissetque imparatum, nisi re detecta Sardicam Zeno fugisset. Scio Procopium lib. 1. Vandalic. solius Ardab cum patre caesi meminisse, sed de Patricio salvo ne *γρὺ* q dem. Cur vero Patricius Caesaris dignitatem prae Ardabu fratre natu maiore nactus sit, discimus ex eodem Th phane, qui quoniam nondum editus est, verba illius nostro Codice MS. tibi repraesentabimus: *Τούτῳ τῷ ἔτει ὄντος ιβ' Πατρίκιος ὁ υἱὸς Ἄσπαρος, ὃν Καίσαρα ὁ σιλεὺς Λέων πεποίηκε διὰ τὸ ἐλκύσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ Ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ μεγάλης φαντασίας* etc. Quod si ver est, immerito Marcellinus Asparem eiusque filios, cum oc sunt, Arianae haereseos crimine infamat. Porro, ne id giat ad alia properantem, Victor Tunnunensis in Chronic *Ioanne et Severo Coss.*, hoc est anno 470., *Leo Augus Patricium, Asparis filium, Ca[illegible]m facit;* tum anno sequen *Leone Augusto V. et Probino Coss. Aspar et duo filii e Patricius Caesar et Ardaburius CP. praecepto Leonis occidun*

Pag. 18. B. [474, 7.] *Alius item de Aspari filiis, Arme ricius, caedem effugit.* Nomen illud variis modis pingitur

ditis manuscriptisque codicibus. Damascius in vita Isidori Philosophi Armerichum vocat, docetque, Severiani adversus Zenonem coniurationem ab eo fuisse detectam: *Ἀρμερίχου τοῦ Ἄσπερος παιδὸς ἐξειπόντος τὴν συνωμοσίαν τῷ Ζήνωνι.* Basilium et Hermenericum Coss. anno Christi 465. assignat Marcellinus Comes: Herminericus dicitur Cassiodoro, Fastis vero Siculis sive Chronico Alexandrino *Ἀρμενάριχος*. Theophanes in Chron. Armenarichi huius non meminit. P. 106

Pag. 18. C. [474, 8.] *Zenonem data Ariadne filia generum adscivit et in Oriente ducem exercitus creavit.* Iam ab anno Leonis Imp. septimo Theophanes Zenonem generum Leonis appellat et in Orientem missum scribit: *Λέων ὁ βασιλεὺς Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ στρατηγὸν τῆς ἑῴας πάσης πεποίηκε* etc., quae sic Latine reddidit Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. p. 44. edit. Lupar., quae sub praelo calet: *Per idem tempus Leo Imp. Zenonem, generum suum, Magistrum totius Orientis fecit, et Basiliscum, fratrem Verinae Augustae, Magistrum Thraciae constituit. Zeno autem veniens Antiochiam invenit in ea episcopum sacrum Martyrium. Petrus autem Cnapheus sequebatur Zenonem* etc., quae ad institutum nostrum non pertinent. Anno vero eiusdem Leonis 13. idem Chronographus, antequam caedem Asparis filiorumque eius referat, Zenonem similiter, generum Leonis, in Thraciam missum asserit. Theodorus quoque Lector lib. 1. Coll. Zenonem *στρατηλάτην καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ τοῦ Λέοντος* appellat, eum Antiochiam venisse asserit cum Petro Cnapheo, sempli sanctae Bassae martyris, quod Chalcedone erat, presbytero. At vero Candidus noster, Marcellinus et quidam alii nuptias Leonis cum Ariadna post necem Asparis differre videntur: *Sunt tamen quidam auctores*, inquit Zonaras, *Asparem et Ardaburium ea gratia a Leone interfectos, ut nepotem ex filia Leonem Iuniorem Imp. crearet, veritum illorum potentiam, ne despecta huius infantia imperium sibi vindicarent.* V. 207

Pag. 18. C. [474, 10.] *Quae in Africa secunda adversaque gesserit Basiliscus.* Huius aliorumque ducum infelicem in Africa expeditionem pluribus in Chronico exponemus ex Idatio, Marcellino, Theodoro Lectore lib. 1. Collect., ubi inter cetera: *Βασιλίσκος χρήματα λαβὼν πάντα προέδωκε παραπέμψαντι Ἄσπαρος*, Procopio lib. 1. Vandalic., Theophane, Zonara, Cedreno, Constantino Manasse, Nicephoro aliisque. Quaedam hic in antecessum verba Theophanis repraesento ex MS. nostro Codice: *ναυμαχίας πολλάκις τοῦ Γεντζερίχου μετὰ τῶν νηῶν τῷ βυθῷ παρ[illegible]δυς, εἶτα καὶ αὐτὴν ἠδυνήθη Καρχηδόνα κρατῆσαι, ὕστερον δὲ ὑπὸ Γεντζερίχου καὶ πλείστοις χρήμασι δελεασθεὶς ἡττήθη ἐκών, ὡς Περσικὸς* (forte *Πρίσκος*) *ἱστόρησεν ὁ Θρᾴξ.*

Pag. 18. C. [474, 16.] *A Leone filio Zenonem patrem Imperatorem coronatum.* Videndi Theodorus Lector, Theophanes, Marcellinus, Euagrius, Chronicon Alexandrinum, Procopius lib. 1. de bello Vandalic., aliique passim. Unum hic tacere non possum, Victorem Tunnunensem in Chronico affirmare, Leonem illum Iuniorem ad necem a Zenone patre quaesitum, ab Ariadna matre servatum fuisse: *Alium*, inquit, *per eo eius uxor similem puerum ad mortem obtulit, et Leonem eundem Augustum occulte totondit, eumque clericum unius ecclesiae CP. fecit. Qui Leo usque ad Iustiniani principis tempora vixit.* Eadem habet Isidorus Hispal. in Chronico, atque ex alterutro Gothefridus Viterbiensis in Pantheo parte 16., qui huic fabulae plura etiam de suo addidit.

Pag. 18. D. [475, 1.] *A Verina deceptus Zenon.* Causa illius in Zenonem odii Auctor Chronici Alex. hanc profert quod Zeno socrum nescio quid petentem repulerit. Altera memorat Candidus, quod in Patricium Magistrum derivare vellet imperii dignitatem, qua spe frustrata, Basiliscum fratrem Imperatorem renuntiarit. Plura Theophanes, Procopius, Agathias, Suidas, Euagrius, Theodorus Lector, Marcellinus, Victor, Anonymus post Ammianum editus, aliique, quos hic conciliare aut exscribere non est animus. Graeca sic distinguè: *καὶ ὡς Βηρίνα ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν, τὸν γαμβρὸν αὐτῆς φιγοδεύσασα.*

Pag. 18. D. [475, 4.] De *Nepote*, *Oreste*, filioque eius *Augustulo*, sive *Romulo*, Graece apud Theophanem et Euagrium *Ῥωμύλλῳ*, (unde vulgaris de Momyllo erroris origo emanavit) non est quod plura quis a me exspectet in re contrita et *καθημαξευμένῃ*. Ex recentioribus de his consule Henricum
P. 107 atque Hadrianum Valesios, par fratrum eruditissimum, hunc libro 5. Rerum Francicarum, illum in notis ad fragmenta Anonymi ex schedis R. P. Iacobi Sirmondi post Ammianum Marcellinum evulgati. Cabadem ac Zenonem imperiis spoliatos ea recuperasse observat post Agathiam aliosque Constantinus Manasses pag. 60. edit. regiae. Solum Nepotem deiectum fortuna benignis oculis non respexit.

Pag. 19. A. [475, 12.] *Armatus*, sive *Armatius*, (cui vocabula sunt, qui aspirationem praefigant,) non ignotus erit iis qui Malchum Philadelphiensem pag. 94. editionis regiae, Suidae Excerpta pag. 34. eiusdem editionis, Chronicon Alexandrinum, Procopium lib. 1. Vandalic., Theophanem similesque scriptores frequenti lectione familiares sibi fecerint. Malchus ac Suidas interfectorem Armati Onulphum sive Onuolphin nominant eundemque barbarum ac genere Thuringum fuisse testantur. Neque vero Armatus hic idem videtur cum alter

iusdem nominis Praefecto Praetorio Galliarum, ad quem anno 25. Valentinianus III. rescripsit, ut habes tom. 1. Conciliorum Galliae.

Pag. 19. B. [475, 18.] *Basiliscus ex Caesare inter lectores a Blachernis profiteri coepit.* Aliter rem narrat Auctor Chronici Alex. Theodorico et Venantio Coss, hoc est, anno Dominici Natalis 484.: *καὶ μετὰ τὸ φονευθῆναι Ἀρμάτον, τότε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βασιλίσκον τὸν Καίσαρα νεώτερον ὄντα ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησεν εἰς Κύζικον μητρόπολιν Ἑλλησπόντου, ἐπειδὴ ἦν φορέσας πορφύραν βασιλικὴν ὡς Καῖσαρ*, hoc est, *post caedem Armati Basiliscum, filium eius, Caesarem adhuc adolescentem, episcopum Cyzici, Hellesponti metropoleos, inauguravit, propterea quod purpuram gestaret regiam non secus ac Caesar.* Audi Constantinum Manassem pag. 61. editionis regiae:

Τὸν μὲν Ἀρμάτιον οἰκτρῷ θανάτῳ παραπέμπει
Προδότην δολομήχανον φανέντα τῷ δεσπότῃ.
Πληροῖ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα
Κατακοσμεῖ τῷ Καίσαρος ὀλβιωτάτῳ στέφει.
Μετ' οὐ πολὺ κἀκείνου δὲ τὰς τρίχας ἀποκείρας
Ἐφίστησι Κυζικηνοῖς ἀρχιερέα βίᾳ.

Euagrium paulo post citabimus. De celeberrimo Blachernarum templo plura, Deo dante, dicemus in nostris Annotationibus ad topographiam CP. Petri Gyllii.

Pag. 19. B. [475, 19.] *Basiliscus Marcum filium Caesarem tum Imperatorem facit.* Euagrius lib. 3. cap. 4. recitat illorum litteras ad Timotheum Aelurum hoc titulo: *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Βασιλίσκος εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, καὶ Μάρκος ὁ ἐπιφανέστατος Καῖσαρ Τιμοθέῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως*: tum cap. 5. subdit Episcoporum Asiae, qui Ephesi convenerant, libellum ad Impp. scriptum: *τοῖς κατὰ πάντα εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις δεσπόταις ἡμῶν Βασιλίσκῳ καὶ Μάρκῳ αἰωνίοις νικηταῖς αὐγούστοις.* Ex quibus aliisque conficitur, errasse qui aut Marcum Caesarem duntaxat creatum, aut eodem cum Caesarea tempore Imperatoriam dignitatem a patre fuisse consecutum. In iis sunt Theodorus Lector, Marcellinus et Auctor Chronici Alexandrini, ut ceteros silentio premam, atque in primis Theophanem, ex quo Anastasius Bibliothecarius pag. 45. editionis regiae: *Basiliscus in campo acclamatur Imperator. Marcum filium Caesarem fecit, et Zenobiam, uxorem suam, Augustam coronavit, et statim contra fidem praeliatus est, Zenobia maxime incitante illum ad istud, Timotheumque Helurum revocavit per typum, et Petrum Cnaphea, qui abstrusus erat in Monasterio Acoemetensium.* Tum paulo post:

Zeno cum Ariadne ad regiam perveniens urbem susceptus est a populo ac Senatu. Basiliscus vero veniens ad ecclesiam, imperiali deposita in divina mensa corona, ad baptisterium confugit cum Zenobia malae opinionis uxore sua. Ubi vides Zenobiam dici, quam passim alii omnes Zenonidem cum Candido nostro appellitant. Zenonidam vero Marcellinus, familiari per ea tempora dialecto, qua apsidam, lampadam, Helladam similisque formae nomina barbare per primam flectebant.

P. 108 *Pag.* 19. B. [476, 3.] *In Cappadociam relegatus cum tota stirpe caesus est.* Fame sitique periisse omnes ferme affirmant. De loco dissentiunt: turrim castri Limnarum in Cappadocia habet Chronicon Alex., cui accedit Marcellinus Illyricianus in Chronico: *In oppidulum, quod Leminis in provincia Cappadociae dicitur, trusus fame extabuit.* Victor Tunnunensis: *Basiliscum cum filiis atque uxore exilio in Sasimis Cappadociae mittit* etc. At Theodorus Lector libro 1. Collect.: *Βασιλίσκος καὶ Ζηνωνὶς ἐν Βουσάμοις ἐπέμφθησαν.* Euagrius autem libri 3. cap. 8.: *ἐν Ἀκουσῷ δὲ τῷ σταθμῷ ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀποσφάττεται.* In Theophane nostro MS. locum adscriptum non reperi; en ipsa eius verba: *ἔλαβεν τὸν Βασιλίσκον, δοὺς αὐτῷ λόγον μὴ ἀποκεφαλίζειν αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ὃν ἀποκλεισθῆναι προσέταξε εἰς ἕνα πύργον σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τῷ λιμῷ διαφθαρῆναι. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐπαγόμενος ἀποσφάττεται:* quibus haud dubie praeivit noster Candidus: *εἶτα παγγυὶ κατασφάζεται.* Anonymus post Ammianum Marcellinum editus communi subscribit sententiae: *Basiliscus fugiens ad ecclesiam, intra baptisterium cum uxore et filiis ingreditur. Cui Zeno dato sacramento securum esse de sanguine, exiens inclusus cum uxore et filiis intra cisternam siccam ibidem frigore defecerunt.*

Pag. 19. B. [476, 4.] De *Petro Fullone* et *Calandione*, obortisque in Oriente turbi Euagrius aliique historici. Unum hic appellabo Theophanem, quem magna ex parte Latine reddidit Anastasius Bibliothecarius p. 46. et seqq.: *Anathematizabat eos, qui non dicunt Deum crucifixum esse, et scindens populum Antiochenum addit in Trisagio hymno: qui crucifixus est propter nos. Quod ex tunc hodieque apud Theopaschitas dici obtinuit.* Tum postea: *Zeno iussit Acacio CP. episcopum Antiochiae constituere, qui ordinavit Calandionem. Consecraverunt autem et Antiocheni per ignorantiam Ioannem, qui dicebatur Codonatus, quem Calandio in Tyrum, quae primus est thronus Antiochenae dioeceseos, translatum inthronizavit.* Tum ut videas versatile Zenonis ingenium, aut versipellis haeretici subdolam indolem in demulcendo sibi, quem Basilisco favens offenderat, Imperatore, subdit: *Zeno regni*

notitus a barbaris, ab Antiochena Calandionem pellit ecclesia, exulem faciens apud Oasin, Petrumque Cnaphea constituit. Graeca sic se habent in MS. codice, quo utor: *Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχέων Καλανδίονα, καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν. Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησε.* Causam exilii aperit Euagrius lib. 3. cap. 16.: *ὃς ὕστερον τὴν εἰς Ὄασιν οἴκησιν κατακρίνεται, ἁμῦναι νομισθεὶς Ἴλλου καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρεπεῖ περὶ τὴν Ζήνωνος τυραννίδα.* V. 208

Pag. 19. C. [476, 8.] *Hillus multa Romanae rei publicae contulit.* Laudatur a Candido, quem alii ut Magum et incantatorem traducunt. Vide Suidae Excerpta p. 47. et 60. regiae editionis. At noster hic culpam omnem confert in Pamprepium, hominem impium, Aegyptium, Grammaticum et praestigiatorem. Hilli artibus Armatus a Basilisco ad Zenonem defecit, ut Candidus narrat, eiusdemque suasu, teste Euagrio, Zeno Armatum interfecit: *ὁ δὲ Ζήνων Ἴλλου γνώμῃ καὶ τὸν Ἀρμάτον ἀναιρεῖ συγγενῆ Βερίνης τῆς βασιλίδος* etc., lib. 3. cap. 24., ubi subiicit, Basiliscum, Armati filium, Caesarem Nicaeae creatum, sacerdotem primum, tum postea episcopum fuisse creatum. Illius quoque sedula opera ac promissis multi a Marciano et Procopio abstracti, ut docet Theophanes. De eodem Hillo plurima scripserat *μάλα λογίως* Eustathius Syrus, quem multis laudibus effert Euagrius lib. 3. capp. 26. 27. et 29., quae per otium consules: neque enim iuvat conferre quae de insidiis a Verina aut Zenone Hillo paratis uterque refert. Nec desunt, qui etiam ab Ariadna paratas illas scribant apud Suidam. Ceterum de Marso et Pamprepio qui singularia volet, adeat Damascium in vita Isidori Philosophi apud Photium pagg. 1050. 1058. 1071. edition. Genev.

Pag. 19. C. [476, 15.] *In Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit.* Per Gallos Occidentis, qui Odoacro non acquiescebant, Romanos intellige, qui Galliarum partem aliquam incolebant, et adversus Francos, Vesogothos et Burgundiones, civitates aliquot propugnabant. Ita enim expono *δυσμικοὺς Γαλάτας*, ad distinctionem *Γαλατῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ*. P. 109 Eadem locutione propemodum usus Priscus Panites Sophista, pag. 57. Excerptorum de legationibus edit. regiae, meminit *Γαλατῶν τῶν ἐν τῇ ἑσπερίᾳ*. De *Odoacre*, Erulorum rege, qui pulso Roma *Augustulo* Italiae per 18. annos imperavit, plura alias ex coaetaneis maxime scriptoribus proferemus. Interim lege ignoti fragmentum post Ammianum Marcellinum editum, alteriusque Anonymi a Cuspiniano Cassiodori Fastis inserti pretiosas reliquias.

Pag. 20. A. [476, 20.] *Verinam in Ciliciae castellum ablegavit.* Papyrium Isauriae nominatim designant Theodorus

Deo dante, in suos annos digerentur a nobis in Chronico novae Romae.

Pag. 21. A. [483, 12.] *Iustinus per Comentiolum Suanias a Chosroë repeteret.* Quem hoc loco Theophanes Comentiolum nominat, in Excerptis Menandri Protectoris pag. 148. editionis regiae dicitur Ioannes, Comentioli filius, ut necesse sit alterutri loco subesse mendum. Locum Menandri adscribam, tum quod legationis tempus causamque insinuet Theophanis nostri narrationi consentaneam, tum quod levi unius alteriusve litterulae mutatione sanandus videatur: *Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς Ἰουστινιανοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰωάννην τὸν Κομεντιόλη* (vel, quod non minus arridet, *τὸν Κομεντίολον*, sic quippe legendum arbitror, non *Δομεντιόλου*, ut habent edita,) *εἰς τὰ Περσῶν ἤθη ἔστειλε πρεσβευσόμενον. παρενεγγύησε δέ οἱ, ἐκ μὲν τοῦ ἐμφανοῦς ἀνακήρυξιν ποιήσασθαι τῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀναγορεύσεως κατὰ τὸ εἰωθὸς Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, ἐν ταὐτῷ δὲ, εἴγε καλέσοι καιρὸς, καὶ περὶ Σουανίας κινῆσαι λόγους. ταύτην γὰρ οὔπω Χοσρόης ἀνεκράτησε Ῥωμαίοις* etc., quae Eclogas nostras mirifice illustrant nimio brevitatis studio subobscuras. Equidem sub ea tempora Iustino, Tiberio Mauricioque imperantibus, crebram reperi Comentioli mentionem apud Euagrium Scholasticum, qui
V. 209 lib. 6. cap. 14. genere Thracem fuisse, et Martyropolim a Persis recepisse, Ocbasque, munitissimam arcem, expugnasse docet, et Theophylactum Simocattam lib. 1. historiae capite 4, ubi dicitur *ἀνὴρ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενος, ὃν Σκρίβωνα τῇ Λατινίδι φωνῇ Ῥωμαῖοι καταλογάδην ὀνομάζουσι*, et 5. 6. 7. lib. 2. lib. 5. cap. 2. aliisque deinceps. Auctor Chronici Alexandrini narrat, Comentiolum, Patricium et Magistrum militiae, cum Mauricio pluribusque nobilibus iussu Phocae tyranni caesum fuisse trans urbem ad S. Cosmas, additque ex Magno Chronographo, quisquis ille fuerit, divinae in Mauricium ultionis causam his verbis: *Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς τῷ στρατῷ Κομεντιόλου* (sic) *ὑπέθετο τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα παραδοῦναι πολεμίοις* etc.

P. 111 *Pag.* 21. A. [484, 1.] *Suaniam repeteret.* Ex Menandri Protectoris Excerptis pag. 138. 143. 145. 146. aliisque discimus: 1) Suaniam fuisse provinciam Colchidi vicinam, partemque Lazices circa Caucasum, ubi transitus Scytharum; 2) Suanos, sive Soanos, (sic enim quibusdam dicuntur, et Prisco Sophistae *Σουάννοι* pag. 46.) iuga Caucasi incolentes, esse *κλῶπας, λαφυραγωγοὺς καὶ χαλεπῶν ἔργων καὶ ἀνοσίων ἐργάτας*; 3) a tempore Theodosii usque ad Leonis Imp. tempora Lazorum reges Suanis duces principesque dedisse; 4) cum negata fuisset annona, quam rex Colchorum Suanis praestare solebat, eos iniquo animo tulisse, et Persis se sponte dedisse;

5) ut cetera praetermittam, vere Suaniam illam a Petro, sapientissimo oratore, vocatam fuisse fomitem malorum, *σπινθῆρα τῶν κακῶν*, ut quae *μεγίστη δυναμενείας ἐμπύρωσις*, et formidolosissimi belli Romanos inter ac Persas causa fuerit, quo Constantinopolitanum imperium totusque adeo Oriens ultimum in discrimen venit.

Pag. 21. B. [484, 4.] *In Oriente ad Tanain Turci degunt.* De Turcorum origine multa multi, neque satis consentanea. Noster hic dictos olim Massagetas asserit. Menander vero Sacas pag. 151. D. editionis regiae. Videnda de iis prolixa digressio Theophylacti Simocattae libro septimo historiae Mauricianae capp. 7. 8. et 9. a pagina 174. editionis regiae.

Pag. 21. B. [484, 6.] *Cermichiones.* Quid vox ista veteribus Persis significaverit, quamve ob causam Turcis imposita sit, mihi fateor incompertum. Menander Protector pag. 153. videtur innuere, Cherchos fuisse populos Turcis vicinos, unde forte Turcis inditum illud a Persis nomen, quasi Cherchorum victores, aut quid simile. Zemarchum quippe refert a Disabulo, Turcorum rege, donatum concubina captiva ex iis, qui Cherchis dicuntur. Theophanes Confessor in Chronico ad annum Iustiniani Imperatoris 36. haec habet: *ἐλθόντες πρέσβεις Ἀσκὴλ τοῦ Ῥηγὸς Ἑρμιχιώνων τοῦ ἔσωθεν κειμένου τῶν βαρβάρων ἔθνους πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ, δεόμενοι ἐν* (lege *μὴ*) *ἀποδέξασθαι.* Quae sic interpretatur Anastasius Bibliothecarius pag. 67. editionis regiae: *Eodem anno venerunt legati Ascelti, regis Ermichionum*, (corrigendum arbitror *Chermichionum*, quamquam eadem hic servanda regula, quae in Chunis et Hunis, Lotario et Clotario, similibusque barbaris recipitur,) *qui positus est inter barbarorum gentem iuxta Oceanum.*

Pag. 21. B. [484, 8.] *Ne Abares reciperet obsecrantes.* Turcis olim subiectos fuisse Abaros sive Hunnos, plerique veterum scriptis prodidere, atque inprimis Menander in Excerptis non solum p. 99. et seqq., sed etiam 162. Corippus Grammaticus lib. 3. de laudibus Iustini Minoris, Avarum legatos ad Imperatoris praesentiam deductos, hac oratione usos fingit:

Crudus et asper Avar dictis sic coepit acerbis:
Rex Avarum Cagan debellans intima mundi,
Famosos stravit magna virtute tyrannos,
Innumeros populos, et fortia regna subegit etc.

Cui inter cetera respondit Iustinus, quae ostendant a potentioribus populis victos fugatosque in alias oras commigrasse:

Quid profugos laudas, famaque attollis inani
Extorrem populum? quae fortia regna subegit?
Effera gens Avarum proprias defendere terras
Non potuit, sedesque suas fugitiva reliquit,

Tu velut ignarus falsis rumoribus audes
Vana loqui, turpique dolo nova somnia fingis etc.

Quantum vero damnum Romanae rei publicae intulerit repudiata Abarum amicitia, docent tum ceteri illius temporis scriptores, tum Ioannes ex Biclariensi Abbate Gerundensis Episcopus, ad annum Iustini X. et Tiberii I. ac III. Nam quae sub Mauricio, Phoca et Heraclio postea contigerunt, ex Si
P. 112 mocatta, Chronico Alexandrino, utroque Nicephoro, Theophane, aliisque vix cuipiam ignota esse arbitror.

Pag. 22. A. [484, 13.] *Bombycum originem homo quidam Persa Iustiniano imperante Constantinopoli ostendit.* Procopius Caesariensis monachis quibusdam ex India profectis inventum hoc tribuit lib. 4. de bello Gothico paginis 345. et 346., ubi vocat *σκώληκας τῆς μετάξης δημιουργούς, τῆς φύσεως αὐτοῖς διδασκάλου τε οὔσης, καὶ διηνεκῶς ἀναγκαζούσης ἐργάζεσθαι.* De bombycibus pauca admodum Theophylactus Simocatta cap. 9. lib. 7. p. 177. regiae edit.: in Excerptis apud Photium cod. 65. dicuntur *σκώληκες τίκτοντες τὴν ἐσθῆτα τὴν Σηρικήν*, cum Simocatta scripsisset *ἐξ ὧν τὰ Σηρῶων* (forte *Σηρῶν — Σηρικῶν?* N. — reponendum) *καθέστηκε νάματα* quae pro more sublegit cum aliis plerisque Nicephorus Callistus l. 18. Historiae Ecclesiasticae cap. 30. De his videndus omnino Suidas in dict. *Σῆρες* et *Σηρική*. Nec omittendus Menander Protector pag. 106. edit. regiae, ubi Cantoclarus Interpres ubique vertit *purpuram*, cum *μέταξα sericum*, seu *bombycinum* pannum ex filis tenuioribus depexum, aut certe, quod alii malunt, sericum crudum, necdum lotum, neque tinctum: sed *αὐτοφυὲς* significet, vel ipsis Suida mox citato atque Hesychio testibus, ut plures non congeram. Quod insigne interpretationis mendum, plus quam duodecies intra duas paginas repetitum, miror viris doctis minime animadversum. Tanto porro ab eo tempore sericorum pannorum copia in urbe regia extitit, ut paulo post Corippus Africanus Grammaticus l. 1. de laudibus Iustini Imperatoris, Iustiniani nepotis ac successoris, canere vere potuerit:

Interea populus totas compleverat aedes,
Ornatas nexis diversa ex fronde coronis,
Serica per cunctas pendebant vela columnas,
Perque arcus vicosque omnes astabat utraque
Parte favens vulgus, palmasque sinusque parabat.

Pag. 22. B. [484, 23.] *Ephthalanus enim, Ephthalitarum rex, a quo appellationem universum genus traxit.* Quibusdam ergo codicibus corrupte dicuntur, litterula addita, *Nephthalitae:* de quibus consule Menandrum Protectorem pag. 106. et 137. editionis regiae, Theophylactum Simocattam lib. 7. cap. 7. pag. 174. editionis regiae: unde etiam, non secus atque e

ius exscriptore Nicephoro, mendam, geminata per librarii lormitantis socordiam consonante ortam, expungendam monemus: τῷ ὄντι γὰρ τὸν ἐθνάρχην τῶν Ἀβδελῶν (φημὶ δὴ ὧν λεγομένων Ἐφθαλιτῶν) καταπολεμήσας αὐτὸς ὁ Χαγάνος ἐνίκησε, τήν τε τοῦ ἔθνους ἀρχὴν περιεβάλετο: et utroque antiquiorem Procopium, qui libri primi Persicorum initio haec habet a nostro instituto non aliena: Περόζης ὁ Περσῶν βασιλεὺς πρὸς τὸ Οὔννων τῶν Ἐφθαλιτῶν ἔθνος, οὕσπερ λευκοὺς ὀνομάζουσι, πόλεμον περὶ γῆς ὁρίων διέφερε. Ἐφθαῖται δὲ Οὐννικὸν μὲν ἔθνος εἰσί τε καὶ ὀνομάζονται· οὐ μέντοι ἀναμίγνυνται ἢ ἐπιχωριάζουσιν Οὔννων τισὶν, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. ἐπεὶ οὐδὲ χώραν αὐτῶν ὅμορον ἔχουσιν, οὐδέ τῃ αὐτῶν ἄγχιστα ᾤκηνται, ἀλλὰ προσοικοῦσι μὲν Πέρσαις πρὸς βορρᾶν ἄνεμον etc., in quibus Gorgo dictam illorum civitatem asserit, neque more aliorum Hunnorum, mutatis in dies sedibus, vagari, sed civilem societatem legibus tueri, suisque regibus subiici; quae maximam partem in codicem suae Bibliothecae 63. retulit Photius Patriarcha CP.

Pag. 22. B. [485, 2.] *Perozem et Persas cum vicisset.* Peruzus sive Perozes, avus magni Chosroae, regnabat Leonis Macellae tempore, ut Isdigerdes et Varanes imperante Theodosio Iuniore. Vide praeter citatum mox Procopium, Priscum pag. 75. et Menandrum Protectorem pag. 146. editionis regiae.

Pag. 22. B. [485, 2.] *Zemarchum ad Turcos legatum mittit.* Cilix genere fuit, teste Menandro pag. 151. edit. regiae. De tempore, quo legatio ista contigit, dubium esse potest, sed minus duntaxat anni. Qui anno Iustini quarto illigant, mendum irrepsisse putant in indictionis notam, et pro δευτέρῳ legendum edicunt: τρίτῳ ἐνιαυτῷ τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος περιφορᾶς. Qui vero in praecedentem annum reiicere malunt, pro τέταρτον ἔτος, quod mox sequitur, procliviori, ita me Deus amet, correctione substituunt τρίτον. Quam coniecturam nostram suis postmodum in Chr. novae Romae momentis examinabimus. Alteram ad Turcos legationem consignarat Menander Prot. libro 8., ut ex eius Excerptis discimus pag. 61. et sequentibus. Zemarchum Comitem Orientis exhibet Theophanes ad annum Iustiniani Imp. 34.: συνέβαλον κατ' ἀλλήλων οἱ ὀρθόδοξοι καὶ Σεβηριανοὶ, καὶ πολλοὶ φόνοι γεγόνασιν, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Ζήμαρχον τὸν κόμητα τῆς ἑωαθολῆς ἐκώλυσε τοὺς ἀτάκτους: quae sic Latine reddit Anastasius Bibliothecarius pag. 66. editionis regiae: *congressi sunt adversus alterutrum Orthodoxi et Severiani, et multa homicidia facta sunt, et misso Imperator Zimarcho, Comite Orientis, inhibuit inordinatos.* Cogitandum, an idem sit cum hoc nostro. Certe et hic et ille diversus est ab altero, cuius meminit his

P. 113

V 2 10

verbis idem Theophanes ad annum Iustiniani 35.', quae ex nost
MS. codice repraesento ab Anastasio Bibliothecario praetermi
sa : *καὶ τῷ Μαΐῳ μηνὶ γ' κατηγορήθη Ζήμαρχος ὁ κυρέα
τῶν Πλακιδίας, ὃς κατὰ τοῦ βασιλέως πολλὰ λαλήσας* etc

Pag. 22. B. [485, 8.] *Aethiopas amicos populi Romani ol
Macrobios, nunc Homeritas appellatos.* Marcianus in compe
dio Stephani Byzantii inter Aethiopas collocat: *Ὁμηρίται
ἔθνος Αἰθιόπων. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ α'.* Plinius ac P
lemaeus in Arabia felice, sed eodem plane sensu. Arabes en
dictos Aethiopas sacrae profanaeque litterae persuadent. Diver
fuisse Macrobios Aethiopas, non inficiamur, de quibus Dion
sius Periegetes, aliique, at de iis hic non est disputandi loc
Procopius libro primo de bello Persico plurima affert de H
meritis ultra Maaddenos sibi subditos ad litus Oceani ha
tantibus scitu dignissima, ad quae Lectorem curiosum amand
non secus atque ad Bibliothecam patriarchae Photii, cu
tmemate tertio habentur excerpta quaedam ex Nonnosi hist
ria, qua legationem a se Iustiniani Imp. iussu susceptam
Aethiopas, Auxumitas, Saracenos atque Homeritas fabulo
καὶ παραδοξοτάτοις narrationibus intertextam posterorum m
moriae commendarat. Theophanes ad annum Iustiniani sep
mum revocati inter Romanos ac Persas belli causam h
subiicit: *πάλιν δὲ Περσικὸς ἀνεκαινίσθη πόλεμος διὰ τὸ π
σβεῦσαι τοὺς Ὁμηρίτας Ἰνδοὺς πρὸς Ῥωμαίους, καὶ ἐκ
στεῖλαι τὸν βασιλέα Ἰουλιανὸν τὸν μαγιστεριανὸν τὰς σάτ
πρὸς Ἀρέθαν τὸν βασιλέα τῶν Αἰθιόπων* etc., quae ex An
stasio sic Latine sonant; *iterum Persicum renovatum est bell
eo quod Homeritae Indi legationem ad Romanos miserint.
Imperator Iulianum Magistrianum cum sacra destinaverit
Arethan, regem Aethiopum.* Reliqua brevi in editione re
legere licebit, utque Hunni per illud tempus, quos Tur
dicere consuevimus, legationem direxere ad Iustinum per Al
norum regiones. An vero Arethas ille, sive Aretas, sit S
naturces, Homeritarum rex, a Persis opera Meranis de
vivus captus, ut noster recitat, aliis inquirendum relinqu
certe alius ab eo fuit Sanaturces, rex Armeniorum, cui
hoc elogium legitur apud Suidam: *Σανατούρκης, Ἀρμεν
βασιλεύς, ὃς τὸ μὲν σῶμα ξύμμετρον εἶχε, τὴν γνώμην
μέγας ἐτύγχανεν εἰς ἅπαντα, οὐχ ἥκιστα δὲ εἰς τὰ ἔργα
πολεμικά. ἐδόκει δὲ καὶ τοῦ δικαίου φύλαξ ἀκριβὴς γενέσθα
καὶ τὰ εἰς τὴν δίαιταν ἴσα καὶ τοῖς κρατίστοις Ἑλλήνων
καὶ Ῥωμαίων κεκολασμένος.* Quid si quis paulo audaci
ἀντὶ τῶν Ἀρμενίων legat *Ὁμηριτῶν*, deceptumque noti
dictione amanuensem contendat?

Pag. 22. C. [485, 13.] *Armenii a Surina male accept
Euagrius lib. 5. cap. 7.* Persarmenos vocatos fuisse docet Ma

oris Armeniae incolas Persis subiectos, qui sub Iustino ad Romanos defecerunt: *οἱ τῆς πάλαι μεγάλης Ἀρμενίας, ὕστερον δὲ Περσαρμενίας ὀνομασθείσης, ἣ πρώην Ῥωμαίοις κατήκοος ἦν· Φιλίππου δὲ τοῦ μετὰ Γορδιανὸν καταπροδόντος αὐτὴν τῷ Σαπώρῃ, ἡ μὲν κληθεῖσα μικρὰ Ἀρμενία πρὸς Ῥωμαίων ἐκρατήθη, ἡ δέ γε λοιπὴ πᾶσα πρὸς Περσῶν.* Inter Theodoreti, Cyrensis episcopi, a R. P. Iac. Sirmondo editas epistoP. 114 as exstant duae 77. et 78. scriptae ad Eulalium et Eusebium, *Περσικῆς Ἀρμενίας ἐπισκόπους.* Meminit quoque Persarmeniae Procopius paulo post citandus aliique.

Pag. 22. C. [485, 14.] *Surinam coniuratione facta per Varlanem.* Vardanem hunc apud Persarmenos cum ob generis honorisque splendorem, tum ob militaris scientiae peritiam singularem facile primas obtinuisse testatur loco mox citato Euagrius, quem vide, licet Surinae nomen, necemque retiuerit, de quo plura observavi scitu dignissima pag. 139. et 40. Excerptorum Menandri Protectoris de legationibus. Ceerum iustissimam fuisse defectionis causam edocent pacta conenta Iustinianum inter ac Chosroën utrumque Magnum, in quibus nominatim de religione Christiana non violanda caum fuerat, ut habetur pag. 142.: *separatim pacta sunt inerposita de Christianis, ut illis liceat templa construere, et ine ullo timore sacra peragere, et gratiarum actiones per ymnos Deo canere, neque cogi magicis caeremoniis interesse, ut invitos colere et venerari Deos, qui apud Medos Deorum umero habentur.* Vexatos fuisse religionis causa Armenos emonstrat etiam Nicephorus Callisti cap. 37. lib. 17. Historiae Eccles., sed in hoc non leviter peccat, quod pro Varane, Persarmeniorum duce, Ardaamanem substituat, quem amen capite sequenti a Persarum rege Chosroa adversus Romanos missum cum copiis refert. Theophanes conquerentem uidem de defectione Armenorum Chosroën inducit, atque e eo Anastasius Biblioth. et Auctor Miscell. hist., at causam on aperiunt.

Pag. 22. C. [485, 17.] *Relictoque oppido Dubii nomine:* *τὸ Δούβιος πόλισμα*, inquit Theophanes: a quo videtur dientire Procopius lib. 2. de bello Pers.: *ἔστι δὲ τὸ Δούβιος ὥρα τις, τά τε ἄλλα ἀγαθὴ, καὶ ἀέρων τε καὶ ὑδάτων ἡδεῖαν τινὰ διαρκῶς ἔχουσα. Θεοδοσίου πόλεως δὲ ὁδῷ ἱερῶν ὀκτὼ διέχει* etc., tum in ultimo versu p. 89.: *ἄλλῳ τραπῷ ἐς τὴν Περσαρμενίαν ἐλθὼν ἡσύχαζεν ἐν τοῖς ἄμφὶ Δούβιος χωρίοις* etc.

Pag. 22. C. [485, 20.] *Desciverunt Iberes, Gorgone eos ucente.* Persarmenis Iberes ab Euagrio praetermissos iungit annes Biclariensis Abbas in Chron. ad annum Iustini Imp. 12 mmunemque utrique populo rebellandi causam tribuit: *Ar-*

que. Verum mihi temperandum, ne annotata nostra nimium excrescant in molem.

Pag. 23. B. [486, 19.] *Chosroës Daras oppugnatam urbem cepit.* Biclariensis Abbas in Chronico praepostere expugnationem huius civitatis sub anno Iustini octavo collocat, postquam iam ab anno in morbum incidisset, *qui*, ut ait, *ab aliis quidem cerebri motio, ab aliis daemonum vexatio putabatur.* Evagrius enim, Simocatta et Nicephorus testantur, ex nimio dolore de Daris captis concepto, tam insolitâ infirmitate correptum fuisse. Vide et quae ex Theophane Confessore paulo ante in medium attulimus.

Atque haec schediasmata e multis electa aequi bonique consulat candidus lector, quae, currente praelo et urgentibus operis typographicis, inter varias occupationes et apparatus nostri delineationem primam raptim deproperavimus. Quod paratas etiam in Suidae Excerpta Byzantina annotationes emendationesque nostras modo praecidere, atque in alium tempus differre cogimur, ne multorum votis exoptatam primi huius Constantinopolitanae historiae voluminis editionem diuturniore mora retardare videamur. Tu quisquis haec legis fave, et suo demum, si Deus dederit, tempore plura meliora aque a nobis exspecta.

I. B. C. ANSSII VILLOISONIS

NOTAE

IN PROCOPII PANEGYRICUM.

EX EIUSDEM DIATRIBA DE CODICIBUS GRAECIS,

ANECDOTORUM TOMI II. P. 27. SEQQ.

Quas Photius cod. 160. laudat Procopii orationes varii generis, Fabricius VI. p. 259. exstare vix putat: licet Nic. Alemannus Praef. ad Caesariensis Procopii *ἀνέκδοτα* Declamationes Procopii Gazaei ineditas memorare videatur. Operae igitur pretium facturum me credidi, si, hac occasione data, e Cod. S. Marci CCCCXXVIII. hic depromerem unam huiusce Procopii Gazaei Orationem, quae et inedita, et Fabricio ignota, et elegantissima est, et maximam habet cognationem cum dicendi genere, quo usus est Choricius, Procopii discipulus, et Anastasii Imperatoris, quem celebrat, vitam illustrat, ac de eo multa nobis tradit, quae nusquam leguntur apud Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Euagrium, Theodorum Lectorem, Anastasium Bibliothecarium, Ioëlem, Victorem Tunnunensem, Malalam, Chronicon Paschale, Comitem Marcellinum, Procopium historicum, Iornandem, Suidam, Baronium, Pagi, Cangium, Tillemont, le Beau, aliosque omnes auctores, quos le Anastasii rebus gestis agentes diligenter evolvimus. Pag. 27 Ed. Ven. Pag.

Pag. 490, 2. *ed. Bonn.* Eodem sensu Choricius in illa oratione funebri, qua eundem Procopium, suum magistrum, celebrat, apud Fabric. Bibl. Graec. T. VIII. p. 862.: *νῦν δὲ τίς οὐ κατόπιν χωρήσει τῶν εἰργασμένων, ὧν τί παρεὶς τίνος μνησθῶ;*

Pag. 491, 18. Euagrius Scholasticus, Ecclesiast. Histor. L. 3. c. 29. p. 357. ed. Vales. Amstelodam.: *οὗτος ὁ Ἀναστάσιος πατρίδα τὴν Ἐπίδαμνον ἔχων, ἣ Δυρράχιον νῦν προσηγόρευται, τήν τε Ζήνωνος βασιλείαν καὶ γαμετὴν τοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος, τὴν Ἀριάδνην, ἐσοικίζεται.* Idem ibidem paulo supra: *ἡ Ἀριάδνη Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον ἐπιτίθησιν, οὕπω μὲν ἤκοντι εἰς γερουσίαν, ἐν δὲ τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρίων σχολῇ καταλεγομένῳ*: ex quo, ut ex iis, quae Pag. 29

